

ANTIQUITATIS

ET SANCTIMONIAE

EREMITARVM MONTIS CARMELI

LIBER IN TRES PARTEIS

DIGESTVS,

AUCTORE PALEONTDORO BACTAVO

EIVSDEM FAMILIAE PROFESSORE

INTEGERRIMO ATQVE DOCTISSIMO.

Cui Indices copiosissimi accesserunt: & nunc denuo in lucem prodijt sumptibus Communitatis Carmeliticae, ita disponente eius Patre

IOANNE BAPTISTA RVBEO Priore & Magistro Generali dignissimo.

*Dum fluet unda maris, curretq; per aethera Phoebus,
Vivet Carmeli candidus Ordo mihi.*




Cum licentia Superiorum.



Venetijs, ex officina Dominici Guerrei, & Io. Baptista, fratrum.

M D LXX.



F22
16338

S A P I E N T I S S I M O,
AC REVERENDISS. PATRI,
IOANNI BAPTISTAE RVBEO,
RAVEN. SACRAE THEOLOGIAE DOCTORI,
ET CARMELITICAE FAMILIAE
PRIORI GENERALI DIGNISSIMO,
FRATER POMPEIUS ZVCCALA
Conuentus Venetiarum Regens S.P.D.



A M pridem factum est,
(Reuerendissime Pater)
ut te colendum obseruan-
dumq₃ proponerem: idq₃
cum agerem, uidebam
mihi illud inesse sicut &
alijs, quibus non obscurum tuarum singula-
rum uirtutum lumen est, & splendor. Hinc
putaui ad te accedere, ut beneuolentia tua

a 2 &

Es humanitate, qua ceteros antecellis, me
ueluti filium amplectereris. Quamobrem præ-
teritis annis alacri festinatione has, in qui-
bus demoror, Regiones deserui, ut te conue-
nirem. Sed quod me affecuturum sperabam,
id (doleo quidem) Romani acris intemperie
non sum adeptus. Multis enim oppressus
arumnis, uallatus infirmitatibus, nec planè
confirmatus à te discesi, ut (quod tuæ huma-
nitatis, ac Reuerendi huius Prouinciæ Mo-
deratoris, Magistri Laurentij Laureti be-
nignitatis est) Venetijs Regentis subirem mu-
nus. At quando apud te morabar, perspexi,
te summo desiderio affectum esse, ut liber (quem
præmanibus habes) quamprimum prælo resti-
tueretur. Quod sanè cum uiderim, si antea Es
ingenij tui magnitudinem, Es animi insignia
ornamenta, excellenti quadam nobilitate con-
iuncta, mecum ipse tacitus admirabar, tunc
multopere suspicere debui, cum præfulgidam
Carmeliticæ Institutionis facem, tam clarè
olim micantem, hætenus quasi in tenebris
latentem, coram omnibus splendido cultu
eductam, intuentibus gratam, ac iucun-
dam,

dam, excudi inardesceres, summoq³ studio
ac diligentia recognitam, innumerisq³ erro-
ribus purgatam, non solum Carmelitanam
Religionem, sed & Christianam prorsus pro-
fitentibus facile tribui. Quapropter cum ani-
maduerterem nil tibi hoc uno optabilius esse,
optimum duxi, ut, priusquam ab hac Urbe
discederem, hoc perficere curarem. Cupiens
præterea incepto Operi imponere finem, arbi-
tratus sum illud tibi offerre. Quæ autem ra-
tio, ut id facerem, me impulerit, ea est:
quòd ingenti gaudio, non mediocri'ue delecta-
tione animaduerto, te nomen tuum immor-
talitati consecrassè, ac quatuor nomine hone-
standa ornandaq³ suscipiuntur, nunquam qui-
dem intermoritura fore. Neque autem is
sum, qui hoc mihi summam, indignus namq³
(uti uides) existo, non enim ualeo scriptis
tibi deditis nomen tuum posteritati ornatum
relinquere. Est præter hanc, & alia rursus
causa, quæ me ad hoc ipsum allicere uoluit,
ut cum quicquid in hoc opere enarra tum est
ad Carmeli decus ac ornamentum pertineat,
tibi tanquam de eo optimè merito parenti,
tribui

tribui debuit. Accipias igitur (Reueren-
diſſime Pater) hoc tibi ſponte exhibitum opus,
quod à rudi, ac imperito fabro excultum fuit.
Siq̃ non nullas mendas in eoreperies, eas &
primi exemplaris typis, & multis negotijs ſa-
crarum Concionum lectionum, ac etiam Do-
ctoratus inſignia ſumendi occupationibus, in
quibus me uerſari oportuit, aſſignes. Caterum
Deus faueat, ut ſicuti omnia, humanitate tua
duce, aſſecutus ſum, ita arte & aſſiduitate al-
tiora meditans, quæ tibi grata fore exiſtimo,
in ſe & andis ſtudijs in dies perficiam. Vale.
Datum Venetijs, die XXVIII.
Noſembris, M D LXIX.

AD LECTORES.



VRE Carmelitæ singuli enunciant eorum Sodalitium & Conciliationem, omnibus Regularium costibus antiquitate præstare & antecellere. Si quæ uerò disceptationes super iis & controuersiæ oriuntur, ac rursus ad cōsultationem reuocantur, id euenit quia nonnulli aut personas, aut tempora detrahunt ex scriptoribus, uel eisdem labem inferunt & maculis aspergunt, nixi & fulti uerborum impetu, potentum fauoribus, aura populari & consuetudine; ii etiam nihili faciunt scripta, stipulationes, iudicium & rem ipsam, perinde ac eis liceat eò trahere ueritatem quò uelint, eamq; à recta semita abducere. Sed dicant ut lubet. Antiquitas Carmelitica grauisssimis firmamentis uallata & septa, hoc in libro à IOANNE PALEONYDORO detegitur, & subiicitur oculis. Idem constituit THOMAS VVALDENSIS Carmelita Doct̃or catholicus, & cæteri Carmelitæ. Sed præter illa, quis relustari audebit? Quis opponet ueritati contraria? Quis eam depellet sua contentione? Quis id poterit insimulare & arguere? Huius ueritatis & facti indicia nemini licebit efugere aut occultare. Hoc non obscurum, sed firmum est testimonium, & omnibus probatissimum, quod non ex hoc Auctore, sed aliunde excerpimus. Legitur namq; Summum & Sanctissimum LEONEM IIII. permagna gratia, pioq; consensu, omnibus Christi fidelibus, qui Ecclesias Beatæ Dei Genitricis MARIAE de Monte Carmelo, diebus festis, in honorem illius ab Ecclesia indictis, eius Diplomate explicatis, adiuissent, & tunc pias elemosinas

mosinas erogassent, septem annos, & quadragenas duodecim ad luendas pœnas peccatis debitas, indulgisse. Et ne quis diuerticulis aut garritu huic possit occurrere, legat Indultum Pont. Max. SIXTI IIII. qui hoc (ut in Mare magno extat) testatur, refert & confirmat. Ex hoc efficitur, ut Antiquitate Carmelitica Confociatio cæteris antecelluerit. Nam à LEONE IIII. anni ad hæc usq; tempora unus & uiginti supra septingentos effluxerunt. Quid hoc testimonio præstantius? Nimirum omnes cæterorum Mendicantium Ordines, post annos Domini Mil le centum nonaginta quinq; suum acceperunt initium. Sed quæ antiquitatis laus & gloria, si illi bonitas & sanctimonia non acceperit? Si hoc scire uolueris, habes nunc in manibus PALEONYDORI præclara testimonia, quibus facile cognosces HELIAE amplissimam sanctitatem; eiusq; exemplo plurimos excitatos, uiuendi regulam ab eo suscepisse: post eum item filios Prophetarum Carmeli Montem summa uirtute, integra mente, incoluisse. Diuum Ioannem Baptistam, plurimosq; uiros ac mulieres, sanctissimè, suauiter, iucundo spiritu uiuentes, cum Eremitis Montis Carmeli sanctam habuisse consuetudinem testatur PALEONYDORVS, quos etiam Carmelitarum numero adscribit. Illuc mentes ex hominum communi uita ad ueram Religionem immigrabant. Inibi Pieras, Sanctitas, Religio, purè & castè Deo, ac eius Virgini Matri (Sodalitatis Carmeliticæ peculiaris Dominae & Reginae) tribuebatur; eoq; in loco, ac illius Montis antris & recessibus, æquè ac splendidum lumen, illorum summa elucebat sanctitas. Hæc singula, & plura huius Libri lectio uos edocebit. Res perpendatis, eius sinceritatem spectetis, & uobis erit gratissimus Auctor. Valete. & hoc munusculum amica manu suscipite.

EPISTOLA MAGISTRI MATTHAEI HERBENI,

Bethasij, Traiectensis, in subiectum opus, ad Religiosum Patrem,

Sacrae Theologiae Lectorem, Fratrem Gotfridum Cande-

larij, Priorem Conuentus Aqueusis, Ordinis Glorio-

ssime Dei Genitricis, semperq; Virginis

Mariae de Monte Carmeli.



MATTHAEVS Herbenus, Bethasius, Traiectensis, Venerabili Patri Gotfrido Candelario, Priori Ordinis Carmelitarum, Conuentus Aqueusis S. P. D. Discedenti mihi mense praeterito abs tua Paternitate ex Aquisgrano, quo conueneram peregrinationis gratia ad septennale lustrum, quod tunc peractum est, oblatus est mihi Moguntiae liber quidam, quem Venerabilis Pater Ordinis tui, Frater Ioannes Paleonydorus de antiquitate, ac celebritate Sacri Carmelitici Ordinis edidit. Quem nescias, utrum copiam materiae, an auctoris ingenium magis laudaueris. Quippe tam est diues sacer Ordo Carmeliticus mirabilium gestorum antiquissimorum Patrum, ut ferè nullus sit, qui se ei ualeat aequiparare. Quis enim Helia Propheta, aut Heliseo eius discipulo, unquam in omnibus Ordinibus, aut uitae sanctimonia, aut miraculorum gloria, legitur celebrator, unde Carmeliticus Ordo initium auspicatur? Qui populo uenerabiles extiterunt, Regibus etiam formidabiles. Sed quis omnes uetustissimi aui sacratissimos Patres Ordinis vestri enumeret, quorum nomina sunt in libro vitae? Quoniam nihil sub caelo conditum sempiternum est, & propterea etiam nomina & acta eorum nobis plerumq; incognita sunt. Sed quid miramur nos nescire ea, quae antequam Saluator noster carnem humanam assumeret, in Orientis partibus gesta sunt? (Plura enim miracula facta credimus, quam quae sacra Biblia comprehendit.) Cum ea etiam omnia, quae postquam Diuina permissione, sancti Patres à Carmelo, temporum malitia expulsi sunt, acta sint, ignoremus. Non igitur crediderim unquam tam memorem narratorem antiquissimarum rerum, copiosum Historicum, fidelem Scriptorem extitisse, aut futurum esse, qui sacri Ordinis Carmelitici sanctos Patres omnes enumerare posset, uitas recitare, propalare miracula. Plaude igitur o Sacer Carmelitice Ordo, tanta maiorum tuorum gloria, qui omnes superas temporum antiquitate, maiestate miraculorum antecellis. Credo ego quod hic Ciceronis atque Demosthenis eloquentia deficeret, Herodoti, ac Liuij memoria fatisceret, quoniam, quae illi scriptis mandauerunt, humana sunt,

b

Carmelitici

Carmelitici autem Ordinis sacra monimenta penitus diuina sunt. Quo admirabilior debet meritò uideri Venerabilis Pater Ioannes Palconydorus, qui tam diligenter suo Sacro Ordini incubuit, quæ multis antea incognita fuerunt declarando, loca sancta Patrum in uastis desertis propalando, ut quasi unus ex illis censendus sit, qui Palaestinam olim incoluerunt. ~~Sed uide uos omnes~~ (parcite meæ euagationi, nimium forte audax uideri possim his, qui uos odiunt, neque enim inuidia ullum uitium latius serpit) ad uos, inquam, omnes me conuertam. Proferte igitur (Patres) quis unquam magis de uestro Ordine sacro meruit, quam uester hic Ioannes Palconydorus? Plus annis viginti testatus est, se sacro Carmelitico Ordini, honori publico, profectui singulorum incubuisse, ut Propheticum librum posteritati relinqueret. Quid si dixerō, propterepticum Ifagogum? Dixerint æmuli (si qui forte, quod Deus auerat, futuri sint) mythicum sermonem aliquem confinxisse. At ego puta uerim illum nobilem quandam atque insignem panegyricam sempiternis temporibus duraturam magis fuisse commentatum Historiam. Neque enim facile credi possit, talem Virum, qui à puero Sacrum Ordinem usq; ad senilem ætatem, multis laboribus ac studijs honestauit, ac popularibus sermonibus (quos Homelias uocant) pluribus profuit, tam delirum extitisse, ut pro suo sensu pueriles fabulas, aut aniles cōmentationes pro ueris, ac synceris Historijs, non solum sui Ordinis Fratribus, sed uniuersis hominibus quasi per æne testimonium ineptiarum ingenij sui posteris relinquere uoluisset. Quinimò gratos illi omnes esse conuenit, qui pro totius Ordinis sui honore & gloria, profectūq; singulorum tam fideliter laborauit. Nam quod singuli paucis cartulis antehac comprehenderunt, hic ad magnitudinem iusti libri perduxit. Quod igitur singuli scribendo meruerunt, hic (nisi fallor) meruit solus. Non igitur parua merces tibi reposita est in cœlo à summo omnium rerum remuneratore Deo, o mi Ioannes Palconydore, pro cuius Matris perpetuo honore (cuius tu frater es) tam officiosum, quam libentem laborem subiisti. Tibi quoque (ut mentem meam planè aperiā) toto corde uehementer gratulor, qui talem amicū Patrem inuenerim, qui & præsentibus, & futuris, tam fideliter studuerit prodesse. Prodi igitur in publicum, arte magistri Petri de Friedberg, impressæ Diuinissime Trimeristice Liber, quo & Diuinus honor in toto Carmelitico Ordine per singulos dies augeatur, & auctoris meritum immortalitate condonetur. Hæc placuit ad tuam Paternitatem (Gotfride) perscribere, quo sperem te de confratris tui singulari opera ac diligentia, in sacrum tuum Ordinē extollendum, plurimū gauisurū. Vale, & apud Deū pro me peccatore tuis orationibus intercede.

EPISTOLA


EPISTOLA IOANNIS DAMII SPANHEMENSIS,
Monachi Ordinis Sancti Benedicti, in subiectum Opus, ad Re-
ligiosum Patrem Fratrem Arnoldum Bostium,
Ordinis Carmelitarum.



IOANNES Damius Curtensius Agrippinas, Monachus, Spanhemensis, Optimo Fratri Arnoldo Bostio, Carmelita, Gandauensi, S. D. & Charitatem. Venit nuper ad nos Carmelita tuus Ioannes Paleonydorus Bactauius, Vir bonus & studiosus, afferens secum quædā Synthemata de Religionis suæ principio atque progressu, quorum lectionem uniuerſis Carmelitici Ordinis Professoribus, non minus utilem quam iocundam futuram existimo. Quippe quæ uelut quoddam Enchiridion Trimereston, multa pandunt scitu dignissima, in alijs per multa uolumina dispersa. Rogauit itaque, non sine magna instantia, Reuerendum Patrem nostrum Dominum Tritemium Abbatem, quatenus id laboris pro Dei amore assumeret, ut ipsum codicem legendo perlustraret, ne quid forte contradictioni rationabiliter obnoxium illo contineretur. At Reuerendus Pater noster, tum alijs, & quidem altioribus studijs intentus, mihi hanc Prouinciam contulit, ut ipsum codicem una cum eius auctore diligenter relegerem, & si quas inuenissem mendas, secundum ueritatem Historiarum emendarem. Ego uero Præceptoris mei cupiens adimplere mandatum, præfatum Ioannem Paleonydorum auctorem voluminis mihi associans, secessi ad partem, Anaphoricum ipsum diligentissimè legimus, superflua nostro communi iudicio rescacauimus, Ambigua cum Græcis & Latinis exemplaribus (quorum nobis copia erat) contulimus, & ueriora nobis uisa, quantum possibile fuerat, multiplici attestatione comprobauimus. Sed cum nihil sit humanis in rebus perfectum, nostrum ingenuè fatebor erratum. Quoniam & si studium negotio non mediocriter impendimus, nequaquam tamen omnia correctione digna potuimus emendare. Cum ergo te hisce in rebus, de quibus agitur, longa lectione doctum nouerimus pariter & expertum, nostra in te suffragia conferimus, te iudicem & correctorem operis aduocamus, ut eruditio tua nostrum defectum suppleat. Codicemq; ipsum, quem cum his literis mittimus, sagax industria emendet. Nam etsi multi sint, qui cum habere cupiant, uisum tamen auctori est, illum nequaquam dare in publicum, nisi multorum iudicio comprobatum. Eloquij curiositate in hoc volumine ne quaeris, sed Historiæ ueritatem. Age obsecro (mi Bosti) petitionem confratris tui ne spreueris, quoniam de laudi

bus tui Ordinis agitur, & multorum utilitas futura de præfenti Opusculo
expectatur. Exemplar autem abs te correctum & emendatum, nobis quā-
totius remittito, ne Fratrum tui Ordinis expectatio diutius protrahatur.
Forfitan interea & Abbati nostro dabitur otium, quo ei codicem per-
lustrare licebit. Sin autem id fortuna negauerit, quod nostrum erat, nobis
fecisse sufficiat. Vale mei tuis orationibus memor ad Deum doctissime
Pater. Ex Spanhem, Quinto Kalen. Maij, Anno Domini M cccc xvi.

EPISTOLA RVTGERI SYCAMBRI, CANONICI
*Dumetensis, ad Religiosum Patrem Fratrem Ioannem Palconydorum, Ordinis Carmelitarum, in suum Opus
 de Carmelitarum Ordine.*



Religiosus Sycamber, Canonicus Dumetensis, Religioso Patri, Fratri Ioanni Palconydoro, Bactauro, Ordinis Carmelitarum, Salutem plurimam dicit. Vidi Opus tuum (Pater Venerande) quod de illustratione tui Ordinis distinctè lucideq; composuisti, & maxima affectus sum voluptate. Primum quidem propterea quòd te multum cōmoditatis allaturum uidebam, dehinc q̃ eius amicitias nactus essem & familiaritatem, quī se suosq; perlustrare curauerit. Laudo igitur sanè studium tuum & comprobo, quippe qui ad honorem Dei & solatium viuorum, tantum laborem subire curauisti. Ex hoc nāque opere, tui Fratres facile intelligent, quantum ad eos affectum habeas, quantoq; fragres amore in tuæ Religionis professores. Quod si quispiam tibi (mi Pater) hoc, quia scripsisti, uitio dederit, lauda Deum, & gratias age, quia dignus habitus es, ut pro charitate patiaris. Auguror autem non defuturos, quibus tua scripta displiceant, aut certè minus placeant. Quod si euenierit, rogo ne frangaris, sed memineris plures Sanctorum contradictores habuisse. Nam difficillimum est, hoc tempore scribere, quod à nemine carpetur. Tam uaria sunt genera hominum aliena scripta examinantium. Hic, quia stilus rusticus est, offenditur, alter quia materia displicet, dedignatur. Isti si quid cōptius dixeris, displices, illi, si quid iudius. Et quid dicam? Impossibile est, ut scribens omnibus placeat, & si metro scripserit prosaq;. Quare te æquum est (care mi Pater in Christo) hominum iudicia contemnere, quæ ambigua sunt semper & fluctuantia. Ita statuamus, ut qui uolet, scripta nostra legat, dimittat, qui nō uolet. Et maledicere desinat, male scripta ne noscat sua. Noui enim aliquos opuscula cōdidisse satis tersa, & stilo lepidissimo, quos alij, (nescio quo, nisi inuidia moti) Tullianæ eloquētiæ arguerūt. O præclarū crimen, o scelus laudabile, quod ne quidē euadere potuit, immo euadere noluit, qui obiecit. O cæcitas, o dementia horum temporum. O caligo, o tenebræ. Scribere aliquid & laborare quidam nolunt, desidia pressi. Ferendum hoc quidem, sed q̃ & scribentes impugnare laborant, nullo sustinendum pacto. Sed inuenient isti suos responsores, & qui fideliter mercedem bonam, in patientia reportabunt. Obtinget uero tibi, ut & alijs solet, quatenus post mortem, & in hoc seculo cōmendaris, & in cœlesti Regno

Regno fulgeas. Quod vt consequi queas rogo, vt quæ laudas, operibus comprobēs. Parum enim prodest bene scribere, nisi bene scripta bona vita comprobare. Hoc scribo, non q̃ te necesse sit cōmonere, sed q̃ me ipsum scribendo incendere cupiam. Nam qualis sis in studijs bonis & exercitijs, tua palam scriptio designat. Precor autem vehementer, ut quàm potes cito operam des, vt imprimatur, & pluribus tuis labor, & exemplo sit, & cōmendationi. Quod si feceris, tibi plures debitores facies, & à summo Deo, iusto omnium retributore, præmia digna recipies. Qui non modo quid quisq; faciat, sed & quo animo contemplatur. Vnde semper gaudeat pura conscientia, quia licet homines seuant & iudicent, corona tamen iusti non decidet. Non solum autem viuentes, sed & mortuos tibi fecisti debitores. Quos quodāmodo extinctos, & tenebris obrutos, in lucem prodire fecisti. Quare nemo miretur, si tibi apud iudicem olim erunt auxilio, quos tam glorioso in terris prosequutus es preconio. Scribant cæteri quæ volent versu prosaq; , & viuentes vanis demulceant laudibus, dummodo te tui Ordinis exordia, & vetustissimos Patres cōmemorare permittant. Et licet maioris sit virtutis operari præclara, ad memoriam tamen posterorum scribere quæ sanctè facta sunt, grandi laude non caret ac mercede. Facit enim vnusquisque quod potest, nec omnia possumus omnes. Vale. Datum anno Domini m c c c x c v. x i. Kalendaras Februarij.

FRATRIS IOANNIS PALEONYDORI EPISTOLA,
ad Reuerendum Patrem Fratrem Rumoldum Laupach, Priorem
Franchfordensem, Ordinis Carmelitarum, in subiectum Opus.



ENERABILI Religioſoꝝ Patri, Fratri Rumoldo Laupach, Sacra Theologia Lectori, Priori Conuentus Franchfordenſis, Ordinis Glorioſiſſimæ Dei Geritricis, ſemperq; Virginis Maria de Monte Carmeli, Frater Ioannes Paleonydorus, eiufdē Religionis minius, S. D. & Charitatem. Cum animaduertērem (doctiſſime Pater) Seniorum Patrum priſcorū noſtræ Religionis Sacraſiſſimæ labores, quibus initium & proceſſum noſtri Ordinis lucidiſſimè declararunt, vetuſtate aut incuria obliuioni traditos, curam dedi in vnum illorū ſententias breuiter conſcribere Trimericum, vt cognoscant poſteri prædeceſſorum Patrum noſtrorū diligentias & ſtudia ad dandam ſcientiam ſequacibus, vnde noſter Sacer Ordo firmiſſimum habuerit exordium, & vſque in præſens fuerit per Sanctos Patres laudabiliter continuatus. Et quia te (Pater Venerande) nuper id deſiderariſſe cognoui, hunc librum Trimericum, quem ex Patrum diuerſorum tractatibus ſatis laborioſè collegi in vnum, tuo nomini dicaui, conſuſo q̃ tua diligentia & ſtudio ad plurimorū notitiam poterit peruenire. Suſcipe igitur (colende Pater) Opusculū, non verborum ornatu compoſitum, ſed dictamine ſimplici colligatum in vnum, quod velut apīs, ex diuerſis Patrum libris congregaui. Qui diſcretis temporibus, magna noſtri Ordinis luminaria vno ſpiritu diuerſa conſcripſerunt in laudem noſtræ Sacrae Religionis Opuscula. Primo, Ioannes 44. Patriarcha Hieroſolymitanus, Hic ad inſtantiā Fratris Capraſij Prioris Montis Carmeli ſui in Prioratus officio ſucceſſoris, ſcripſit librum de Inſtitutione Primorum Monachorū, in Lege Veteri exortorum, & in nota perſeuerantium. Ipſe floruit temporibus Archadij & Honorij Imperatorū circa annos Domini cccc. Incipit ſic, Principium Religionis huius &c. Alter fuit ille Magnus Cyrillus, Doct̃or Græcus, Conſtantinopolitanus, Montis Carmeli, & totius Ordinis poſt Brocardū Prior Generalis. Ipſe ſcripſit ad Euſebium Confratrem ſuum de proceſſu Ordinis Carmelitarū, à tempore Ioānis prædicti vſque ad dationem Regulæ per Albertum, tempore Celeſtini Papæ Tertij, & Friderici Primi Imperatoris. Claruit anno Domini MCLXXXVII. Incipit Tractatus ſic, Sacrae huius Religionis priſci Profeſſores. Tertius, Guilhelmus de Samuco ſcripſit Chronicam de multiplicatione huius Religionis per Proſyncias Syriæ & Europæ, & de perditione Monafteriorum Terræ Sanctæ. Incipit ſic, Religioſi Carmelitz ſicut in Terra Sancta ſumpeſerunt exordium. Claruit tempore Rodul-

Quot fuerunt illi, qui in laudem Carmeliticæ Religionis ſcripſerunt.

phi

phi Imperatoris, anno Domini m c c l x x . Quartus fuit Sybectus de Beka, qui scripsit tractatum de consideratis super Regulam huius Religionis, tēpore Henrici Imperatoris Septimi, anno Domini m c c c x . Quintus, Philippus Riboti, scripsit de institutione & peculiaribus gestis Religioforum Carmelitarum volumen unum, in decem libris distinctum. Incipit, Principium Religionis huius. Sextus, Magister Ioannes Grosi, Generalis Prior, scripsit tractatum de Rectoribus Ordinis Carmelitarum, cuius initium est, Quia rebus grandis. Item de Sanctis Ordinis tractatum unum. Incipit, Quia Deus in Sanctis suis. Etiam scripsit de Magistris Ordinis & Illustribus Viris. Incipit, Recitatis vt praefertur, de Sanctis. Septimus, Magister Ioannes de Bachone, cōpendium Historiarum & Iurium pro defensione Ordinis Carmelitarum. Incipit, Beatus Bernardus in quodam Sermone. Idem tractatum super Regula Carmelitarum cōparatiuē ad Vitam Virginis Gloriosae. Incipit, Titulus Carmeli, & Titulus Beatae Mariae. Octauus, Ioannes de Cimineto Speculum Ordinis. Incipit, Filij sanctorum estis. Nonus, Magister Ioannes de Vineta. Incipit, Cum quidam Fratres nostri Ordinis. Decimus, Ioannes de Hildeshem, tractatum per modum Dialogi inter directorem & detractorē. Incipit, Vetusae Religionis. Vndecimus, Magister Thomas Bradley Anglicus. Incipit sic, Quia Isaias Propheta. Duodecimus, Frater Petrus Brun, de institutione Ordinis. Incipit, Vetusissimorum. Tertiusdecimus, Frater Arnoldus Bostius Gandeuenensis de Illustribus Viris Ordinis nostri. Idem elegantissimū opus de Patronatu Beatissimae Virginis Mariae. Incipit, Petisti Vir Clarissime. Consequenter Martinus Italus fecit exquisitam orationē de Titulo, & Sanctis ac Doctoribus Ordinis nostri. Incipit, Et si dicendi. Item Ioannes Gluel. Incipit, Notandū hic de Origine, anno Domini m c c c l x x v i i . Ioannes de Malinis scripsit Speculum Historicale Ordinis, distinctū in decem libros. Incipit, In diebus Achab Regis. Ioannes de Gouda scripsit unum Opus, quod Scutum Carmelitarum dicitur. Ex dictis ergo istorum Patrum collegi hoc Trimericum. Parce precor Pater paulisper insipietiae meae, & si quid quauis negligentia in hoc opere uitiatū cognoueris, ignosce, sum enim errori obnoxius ut homo. Idcirco quod labor incautus ademit, hoc tua uelim emendatio suppleat. Id ergo sic emendabis, quod ante operis transmissionē forte poteram prouidisse. Et quia Reuerendissimus in Christo Pater & Dominus, Dominus Ioannes Spanhemensis Abbas, Ordinis Diui Benedicti, satis lucide & extente de Doctoribus nostri Ordinis & Illustribus Viris in suo libro de laudibus Carmelitarū scripsit, de illis succinctim pertransibo. Vale Pater colendissime, & ora pro me. Ex Conuentu Aquisensi, v. Kal. Martij, Anno Christianae salutis m c c c c x c v .

PROLOGVS

PROLOGVS IN LIBRVM TRIMERICVM DE
initio & processu Sacratissimæ Religionis Carmelitarum
Incipit feliciter .



Gloriosissimæ Dei Genitricis Immaculatæ
Virginis Mariæ vetustissimæ Religionis, cuius funda-
menta per Sanctos Dei Prophetas, in sancto Carmeli
Monte locata consistunt, laudes & præconia multifa-
rie multisq; modis Patres nostri ab initio tractatibus
ab olim ornare curauerunt. Et quid amplius superest,
quod à me, amâtissimi Confratres, requiritis? Nûquid
vt illorum dictis addam aliquid, postulatis aut abradam? Absit. Nec id
uestra præstolatur Charitas. Sed vt è multis unum breuius, quo ualerm,
Librum Trimericum semota pigritia scriberem. Filii Sanctorum estis,
qui hoc petitis, quibus fauere sanum, obtemperare iocundum arbitror,
& recalcirrare delirum. Nam uos non tantum Virginis Gloriosæ titulus
decorauit, sed etiam in Montibus Sanctis per Sanctos Vates primaria
fundatio cæteris prærogauit. Graue quidem onus, quod imponitis, æmu-
lorum dentibus, ne dicam lacerandum, tamen peracutissime mastican-
dum. Et dum uestris cupio parere uotis, detractorum periculosè cadam
in manibus. Non tamen illorum formidine, optatis desiderijs uirtuosis,
utcunque Deus dederit, satisfacere pertimesco. Venerandorum ergo
Patrum Sacratissimæ Religionis nostræ correctionibus me submitto, ut
si quid minus exquisitè posuerim ueniam piè concedât. Maxime Reueren-
di Patris nostri, Magistri Ioannis de Nulsia, nostræ sacre Religionis Ala-
manix inferioris Prouincialis. Cuius Duci frenis gaudeo, sub cuius alis
protegi, tota mente concupisco. Interrogabo igitur Patres meos, & an-
nunciabunt mihi, maiores & dicent ueritatem euidenter. Memor ero die-
rum antiquorum, & generationes singulas cautè ruminando perstringâ.
Mandauit enim Deus Patribus nostris, nota facere gesta priscorum filiis
suis, ut cognoscat generatio altera. Et ut filij, qui naceretur & exurgeret,
enarrarent filijs suis, ponerentq; in Deo spem suam. Qui plantauit Pa-
tres nostros in Montem sanctificationis suæ, Montem, quem dilexit Spi-
ritus eius, in terram, quam suo sanguine consecrauit. Ideo circumduxit
eos, & docuit, & custodiuit usque in præsens, quasi pupillam oculi sui, &
conseruabit in æuum. Accipite ergo Fratres dilectissimi pium munu-
sculum, quod instanter postulastis offerendû. Et quia omne datum opti-
mum, & omne donum perfectum desursum descendens est à Patre lumi-

c num,

num, ac concepti operis initium reor necessarium Diuinum auxilium implorandum. Non enim frustra in Deo sunt positæ spes precesq;. Quæ, cum rectæ sint, inefficaces esse non possunt. Ad rectas igitur spes animû subleuabo, humilesq; preces porrigam in excelsis, dicamq;. O stelliferi Conditor Orbis, qui perpetuo nixus folio, rapido cœlum turbine uersas, da fontem lustrare boni, da luce reperta, in te conspicuos animi defigere uisus, dislice terrenæ nebulas & pondera molis, atque tuo splendore mica. Et tu Maria, ianuâ clausa manens, labe Patrona carens. Vbera nunc aperi Christo dulcedine plêna, natô mellifluens, Virgo Maria tuo, dirige scribentis, Virgo Maria manum. Vis, potes, & debes, mitissima, maxima tuatrix.

PRIMI

PRIMI LIBRI CAPITA HAEC SVNT.



ELIAS Sanctus Dei Propheta Ordinis Carmelitarum Primus fuit Fundator, idq; rationibus, & auctoritatibus plurimis ostenditur. Caput 1

Carmelitana Religio siue Heliana triplicem habuit in sui continuatione statum. Cap. 2

Omnis Religionis Veteris & Noui Testamenti Deo Dicata uita Helias exordium est. Cap. 3

In Veteri Testamento fuerunt Helia quatuor Discipuli Principales, Rectores aliorum Discipulorum ab eodem constituti. Cap. 4

Filij Prophetarum & eorum successores, post Helia translationem, & Helisei decessum, Heremiticam & Carmeliticam Religionem usque ad Christi aduentum, quem expectabant, continuauerunt. Cap. 5

Licet de Antiquitate Religionis Carmelitarum pauca reperiuntur scripta, non minus fuit pro uero ab Helia instituta. Cap. 6

SECUNDI LIBRI CAPITA.



IN TEMPORE legis Gratia Sanctus Ioannes Baptista fuit Principalis Helia imitator, & Carmelitarum Rector. Caput 1

Plures Carmelite utriusque sexus Ioannis Baptiste Discipuli Christi, & Apostolorum tempore, clarissime floruerunt. Cap. 2

Idem ostenditur fuisse statim post tempora Apostolorum. Cap. 3

Idem ostenditur fuisse tempore Constantini Magni, omniaq; Monasteria Carmelitarum tum in Terra Sancta, tum etiam extra, numerantur. Cap. 4

Circa annos Domini CCCXX. inter praclaros Carmeliticæ Religionis fuerunt Hilarion, Basilus, & ceteri multi utriusque sexus. Cap. 5

Circa Honorij & Archadij Imperatorum tempora Ioannes 44. Patriarcha Hierosolymorum, & alij utriusque sexus Carmelitici Ordinis sanctissime uiuentes claruerunt. Cap. 6

Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus admonitus à Beata Virgine Monasterium Puellarum construxit, & Hereticum Nestorij deuicit. Cap. 7

Merito Helianæ & Carmeliticae Religionis in Nouo Testamento Titulus hic ascribitur, scilicet, Fratres Beatæ Mariæ Virginis de Mōte Carmelo. Ca. 8

Carmelite propter Euticianorum hæreses, & Machometi, suorumq; perfidorum (Deo permittente) multa Monasteria perdidērunt, & Cappas Barratas assumpserunt, ac de Sancto Anastasio Martyre. Cap. 9

Multorum subsidij Carmelite circa annos Domini DCCC. erepti fuerunt à iugo infidelium, & de Sancto Gerardo Episcopo & Martyre, ac Sancti Bertholdi

Bertholdi natiuitate. Cap. 10
 Tempore Urbani Secundi Terra Sancta fuit recuperata, & Maria apparen-
 te & protegente Christianos, Bertholdus nouit intrare Religionē Carme-
 litarum. Cap. 11

WWW.EROTICLIBRI.CAPIT.A.



ANNO Domini MCXXI. Carmelite sub Regimine Priorum Lati-
 norum esse cœperunt, quorum Bertholdus Primus fuit. Cap. 1
 Sanctus Brocardus recepit ab Alberto Hierosolymitano Pa-
 triarcha Regulam ante Concilium Lateranense. Cap. 2
 De Natiuitate, & Martyrio Sancti Angeli. Cap. 3
 De S. Cyrillo Doctore Græco, & Presbytero, cuius Vita explicatur. Cap. 4
 Helic atque Moræ Virginum Ordo circa annos Domini MCC. fuit in Euro-
 pa plantatus. Cap. 5
 Admonitione Virginis Glorioſe contra infeſtationes Prælatorum Fratres
 noſtri, ab Innocentio Quarto, remedia opportuna poſtularunt. Cap. 6
 Impetratis Summorum Pontificum Innocentij Quarti, Alexandri Quarti,
 Urbani Quarti, Defenſorijs ac Priuilegijs, Symon Stock Generalis Prior,
 ſcapulare ſuis precibus à Virgine Maria accepit. Cap. 7
 Marialis & Helianus Carmeliticus Ordo mulſarie, quinimmo omniſariam,
 à Deo & Patriarchis Hieruſalem ab Apoſtolica Sede, & huiusmodi ſoli
 datus, approbatus, & confirmatus eſt. Cap. 8
 Circa & poſt tempora annorum Domini MCCLXX. Ordo Carmeliticus Ma-
 rialis & Helianus creuit tum Apoſtolicis amplioribus Priuilegijs, tum
 utriuſque ſexus perſonis multis ſanctitate quidem perſpicuis, ac pluribus
 Doctiſſimis Orthodoxe Fidei utiliſſimis Viris. Cap. 9
 Terra Sancta ab infidelibus deuſtata, Conuentus Montis Carmeli funditus
 deſtruitur, & deinde Ordo in Europa multis claruit Illuſtribus Viris, San-
 ctisſimis, & Doctisſimis. Cap. 10
 Ordo Carmeliticus ex admonitione Virginis Glorioſe circa annos Domini
 MCCCXVI. & poſt, numeroſior effectus eſt in Apoſtolicis Priuilegijs, &
 Viris Theologicæ & Philoſophicæ Sapientiæ doctiſſimis. Cap. 11
 Circa iſta tempora multi utriuſque ſexus claruerunt Ordinis Carmelitarum,
 Sanctitate uitæ & Doctrina Illuſtriſſimi, Orbem illuminantes. Cap. 12
 ſciſmatis tempore, etiam in noſtro Sacro Ordine diuiſio non potuit funda-
 mentum ſupra petram poſitum euoluere. Cap. 13
 Ab anno Domini MCCCXXV. noſtra Religio à multis Summis Pontifici-
 bus fuit gratijs munita. Cap. 14
 Diuerſi Summi Pontifices Ordinis noſtri Benefactoribus quaſdam contule-
 runt Indulgentias. Cap. 15

INDEX SANCTORVM , QVI CARMELITÆ fuerunt habitus austeritate, sicut Helias, pallio excepto. Dicun- tur insuper Carmelitæ, quia Montem Carmelum adiuerunt, cum Carmelitis consuetudinem habuerunt, ac sub in- stitutione Carmeliticæ Religionis vixerunt, quorum nomina hæc sunt.

www.libtool.com.cn



Dolius Confessor
Affra Virgo & Martyr
Albertus Drepanita Con-
fessor
Anastasius Martyr
Andreas Apostolus
Andreas Episcopus Fesolanus
Angelus Martyr
Angela Virgo
Antonius Magnus
Auertanus Confessor
Basilus Episcopus
Bertholdus Prior Generalis
Brocardus Prior Generalis
Cyrilla Virgo & Martyr
Cyrillus Patriarcha
Cyrillus Prior Generalis
Dionysius Papa & Martyr
Enoch Episcopus & Discip. Dñi
Epiphanius Confessor
Eufrafia Virgo
Eugenia Virgo & Martyr
Eusebius Martyr
Eusebius Confessor
Eustochium Virgo
Euticius Confessor
Eutropius Episcopus & Martyr
Francus Confessor
Fronto Episcopus
Fructuosus Episcopus & Martyr
Gerardus Episcopus & Martyr
Helenus Episcopus & Martyr
Helias Propheta Primus Pater Ord.

Heliscus Propheta
Hieronymus Confessor
Hilarion Confessor
Ignatius Episcopus
Ioanna & Anna Virgines
Ioannes Chrysostomus Episcopus
& Martyr, secundum aliquos
Ioannes 44. Patriarcha Hierosol.
Ioannes Baptista
Iudas & Mamenius Propheta
Maria Magdalena, & Martha So-
rores
Martialis Apostolus & Episcopus
Matrona Virgo
Melania Matrona
Nonna Virgo
Onofrius Confessor
Paula Matrona
Pelagia Virgo
Philippus Confessor
Protus & Iacinthus Martyres
Petrus Thomas Episcopus & Mar-
tyr.
Sabba Abbas
Sara Virgo
Saturninus Episcopus
Scariothus Abbas & Propheta
Serapion Episcopus
Spiridon Episcopus
Symon Anglicus Prior Generalis
Tecla Virgo, siue Magnentia
Zozimas Confessor.

PRIORES GENERALES SECVNDVM TEMPO-
ris successionem, quorum nomina in hoc opere
Auctor recenset, hi sunt.



SANCTVS Bertholdus
Sanctus Brocardus
Sanctus Cyrillus
Bertholdus Lombardus

Alanus Brito
Beatus Symon Anglicus
Nicolaus Gallicus
Rodulphus Alamanus
Petrus de Amiliano
Raymundus de Insulis
Gerardus de Bononia
Guido de Perpiniano
Ioannes de Alerio
Petrus de Gacsa
Petrus Raymundi
Ioannes Balistarij
Bernardus Olenfis
Raymundus Aquarij
Ioannes Grosfi
Bartholomæus Racholi
Ioannes Faci
Ioannes Soreth
Christophorus Brixienfis
Pontius Auinionensis
Denuo Additi
Petrus Teraffa
Baptista Mantuanus
Bernardinus de Senis
Nicolaus Audeth

IOANNES BAPTISTA RYBVS, cui summam omnes debent
optare Fœlicitatem.

AVTHORVM NOMINA, QVORVM IN
hoc opere fit mentio.



ABAS Ioachim
Abbas Vercellenfis
Ambrosius
Amphilon
Anastafius
Antoninus
Archidiaconus
Arnoldus
Athanasius
Augustinus
Bartholomæus Cardinalis
Benedictus
Bernardus Casfinenfis
Bernardus Abbas Clareuallensis
Cardinalis
Cassianus
Cyrillus Patriarcha
Cyrillus Prior Generalis Carm.
Efdras Scriba
Eusebius Cæsariensis
Franciscus Petrarcha
Galbinus
Genadius
Hieronymus
Hugo Floriacus
Iacobus de Vitriaco
Ioannes 44. Patriarcha Hierosoly.
Ioannes Borubij
Ioannes Grossi
Ioannes Bachonus
Ioannes Chrysoftomus
Ioannes Ianuensis
Ioannes Casliodorus

Ioannes de Hisduno
Ioannes Dufeldorp
Ioannes Tritemius
Ioannes Andreas
Iosephus de Bello Iudaico
Iosephus Antiochenus
Isidorus
Iuo
Iustinianus
Macharius
Magister Historiarum
Magister Sybertus
Martinus Italus
Nicolaus de Lyra
Orosius
Petrus Præmonstratenfis
Petrus Raymundus
Petrus Fabri
Philippus Riboti
Philippus Abbas Hieropolitanus
Philo
Prosper Aquitanicus
Richardus Radulphi Ardinacanus
Richardus Dumelenfis
Rufinus
Sybertus Gemblacenfis
Socrates Græcus
Sozomenus
Thomas Episcopus Noruicenfis
Thomas Vualdenfis
Vilhelmus Herlemensis
Vilhelmus de Samuco
Vincentius Histor.

Error. Pag. Lin. Corrigan.

Reperiuntur	15	30	Reperiantur
Lemonicensis	23	13	Lemonicensis
Sanctissimos	ibi	25	Sanctissimus
Pasundus	26	30	Pasundus
Restauravit	28	31	Restauravit
Reuelatam	30	31	Reuelata
Filij	31	30	Filia
Clauerunt	32	3	Claruerunt
Primos	33	5	Post
Testatur	34	23	Testantur
Tempora	38	18	Tempore
Eurices	42	29	Eutices
Regula	41	16	Regulam
Cofdroe	ibi	29	Cofdroa
Incipienti	ibi	31	Incipiente
Christianis	48	11	Christianos
Fornicantibus	ibi	ibi	Fornicantes
Ingratissimis	ibi	ibi	Ingratissimos

Error. Pag. Lin. Corrigan.

owpnnachi	51	1	Monachi
Regula	52	21	Regulam
Studeat	54	33	Suadeat
Papa	64	25	Papam
Admonitionem	ibi	26	Admonitione
Porta	65	27	Portam
Hono	71	5	Nonas
Heliseum	77	29	Heliseo
Per Saracenis	78	15	Saraceni
Burdegalis	81	Postil.	Burdegaliæ
Narbonensi	82	7	Narbonensi s
Bononiensis	ibi	33	Bononiensi
Qui	88	Postil.	Cui
Mechlinensi	90	33	Mechlinensis
Paramentis	98	12	Paramentorum
Reddit	99	2	Reddidit
Eximus	ibi	21	Eximius
Antiochenis	100	21	Antiocheni

IOANNIS PALEONYDORI

BACTAVI, CARMELITAE,

DE ORIGINE, ET PROCESSV

ORDINIS CARMELITARVM,

LIBER PRIMVS.

Helias sanctus Dei Propheta Ordinis Carmelitarũ Primus fuit Fundator, idq; rationibus, & auctoritatibus plurimis ostenditur.

Caput I.



ENIGNISSIMO creatore Deo, charitate gloriosissima Adam & Eua uirgines purissimi erant in paradiso plantati. Sed demerito grandi tam paradisi uernantem locum, quàm decoram uirginitatem repulsi perdidērunt. Fuit igitur diuina præuifum scientia, ut lapsus duorum utriusque sexus uirginum per exempla duorum aliorum in primum reduceretur statum. Decuit igitur ut de stirpe Adæ & Euæ masculus & femina

haberentur, qui primi uirginitate seruata filium Dei nasciturum præirent, & Virginem ac Saluatorem eorundem futurũ facto suo ostenderent. Hoc in Helia completum esse, & in Virgine sacratissima non nisi indoctus intelligit. Helias enim fuit uirorum primus, qui se matrimonio contineret (Hieronymo teste libro primo contra Iouinianum) ubi sic ait. Heliam ergo quàm stultè posuit in cathalogo maritorum, me tacente, manifestum est. Si enim uenit Ioannes in spiritu & uirtute Helia, & Ioannes uirgo est, utique non solum in spiritu eius uenit, sed etiam in corporis castitate. Et Ambrosius lib. 1. de Virginitate. Helias nullius corporei coitus fuisse permixtus cupiditatibus inuenitur. Ideo cum Domino apparet in gloria, ideo curru igneo raptus ad cœlum; ideo Dominici uenturus est præcursor Iudicis. Concordat de Helia præfagium à Magistro in historijs 4. Reg. 2. introductum. Quòd Sabatha pater Helia necdum nati uidit in somnis uiros candidatos sese inuicem salutantes. Vnde Ioannes 44. Hierosolymorum Episcopus dicit, quòd hæc uisio præfigurauit quales filius Sabathæ Helias suæ uitæ monastica

Helias & Virgo sacratissima ueluti Virginitatis exempla lapsam primo parentum in primum reducerunt statum.

Helias fuit primus qui se matrimonio continuit. Hiero. lib. 1. contra Iouinianum. Ambrosius lib. 1. de Virginitate.

Magister Hist.

Ioannes 44. Episcopus Hierosolymorum.

morum oſe
dit quidpræ
figurauerit
uſio ſaba-
thæ.
Tempus na-
tiuitatis &
translatio-
nis Heliaz.

Ecc1.48.

Helias Car-
melitarum
ordinem in
Monte Car-
melo inti-
tuit.

Ioannes Bo-
rubij Carme-
lita.

Richardus
Radulphi
Carmelita.

imitatores eſſet habiturus. Videns etiam ſpecie candidos & religioſos uiros per Heliam filium ſuum inſtituendos, nedum in candore mentali ſynceræ puritatis, ſed etiam corporalis habitus albi eos deſuper tegan- tis. Hæc ille. Helias ergo de terra Arabum, & de tribu Aaron fuit ortus anno octauo ante mortem Salomonis filij Dauid, & centefimo quadra- geſimo quinto ætatis ſuæ translatus in paradifum. Hic cum eſſet in ma- tris utero, uidit pater eius ſomnium, quod naſcentem filium uiri uesti- bus candidati ſalutabant, inſtitis cum inuoluentes, ac pro cibo ignem ei ſubminiſtrantes. Hoc ut Pater Prophetis in Hieruſalem indicaret, re- ſponſum accepit, quia magnus erit, utriuſq; ſexus erit lumen, & uerbum eius ſapientia. Quidam interpretati ſunt de igne, quod ſignificabatur ab Helia Iſraelem in igne & gladio iudicandum. Regnante ergo apud decem tribus Achab (ſicut dicitur Ecc1. 48.) Surrexit Helias Pro- pheta uerbo Domini continuit cælum, & deiecit à ſe ignem in terram. Sic amplificatus eſt in mirabilibus ſuis. Qui ſuſtulit mortuum ab infe- ris de ſorte mortis in uerbo Domini, qui deiecit facile potentiam Re- gum. Qui audit in Syna iudicium, & in Horeb iudicia deſentionis. Qui receptus eſt in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Quis pote- rit ſimiliter gloriari illi? Beati qui eum audierunt, & in amicitia eius de- corati ſunt. Hic Propheta Dei ſanctiſſimus ſacrum Carmelitarum or- dinem, nongentis & amplius annis ante Chriſti incarnationem de Ma- ria Virgine, in ſancto Monte Carmeli in tribus omnibus Religionis ſubſtantialibus punctis, uoluntaria paupertate, obedientia, & caſtitate, immo in uirginitate ſua & Helifei, aliorumq; filiorum Prophetarum in- ſtituit. Vnde magiſter Ioannes Borubij Doct̃or Anglicus ordinis Carmelitarum contra æmulos noſtræ religionis in materia de fundatio- ne primaria & uetultate fratrum Carmelitarum in uniuerſitate Canta- brigenſi, ſic ait. Sanè dici poteſt, & ſatis catholicè, q̃ noſtri ordinis primi fundatores fuerunt Helias & Helifeus ſancti Dei Prophetæ. Probatur hæc conſuſio ſic. Quodlibet uerum quod licet alicui proferre ſanè dici poteſt & ſatis catholicè. Sed quod Helias & Helifeus ſancti Dei Prophetæ, fuerunt primi fundatores Ordinis Carmelitarum, eſt uerum quod libet alicui proferre. Igitur ſanè dici poteſt, & ſatis ca- tholicè, quod ordinis Fratrum Carmelitarum primi fundatores fue- runt Helias & Helifeus ſancti Dei Prophetæ. Conſequentia patet, & maior eſt euidens. Minor patet per Dominum Richardum Radul- phi Ardinachanum, qui fuit Primas Hyberniz in quodam ſermone, qui ſic incipit. Aue maria. Quem prædicauit coram Venerabili cœ- tu Cardinalium, in Conceptione Virginis glorioſæ, in conuentu Car- melitarum

melitarum Auinionensi, ubi inter cætera sic dicit. Beata Maria fuit illustrata uirtutibus in sua origine. Hanc illustrationem in suo ortu sanctus ac peculiaris Ordo suus & antiquus Carmelitarum prærendit in habitu. Qui quidem sanctus Ordo hoc festum Conceptionis solennizat, candore sui habitus (ut æstimo) prudenter & deuotè referens ad hoc festum. Miramini forsitan (inquit) quod dicitur Ordo suus peculiaris & antiquus, cum tamen (ueritate attenta) nullatenus sit mirandum. Quoniam, ut dicunt fide dignæ historiæ à tempore Heliz & Helisei Prophetarum, qui sæpius morabantur in Monte Carmeli, iuxta ciuitatem Dominae nostræ Nazareth ad tria miliaria, secretius solebant homines inhabitare deuoti usque ad tempora Saluatoris. Et tunc Heremitæ scilicet Carmelitæ (prædicantibus Apostolis) in fide solidati in latere uno montis ipsius primo Ecclesiam seu Oratorium construxerunt in honore Beatæ Mariæ Virginis in illo loco, in quo didicerant ipsam in uita sua cum alijs sodalibus uirginibus sæpius morâ traxisse. Et ob hoc nimirum inter omnes alios religiosos Dominae nostræ primitus sunt ascripti, ut uocarentur Fratres Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Qui insuper in principio nascentis Ecclesiæ in partibus illis prædicando Euangelium, solidissimè laborauerunt. Et consequenti tempore à sancto Ioanne Hierosolymitano Patriarcha Regulam uiuendi communiter sanctorum Paulini & Basilij susceperunt. Merito gaudet igitur præ ceteris ordinibus antiquitatis honore. Vnde hic ordo rationabiliter propter hanc prærogatiuam duplicem in magna reuerentia ab omnibus est habendus. Hæc ille, tam de institutione Ordinis, quàm de titulo eiusdem & antiquitate. Idem patet per Iacobum de Vitriaco, Canonicum Regularem, Episcopum Acconensem ac Sedis Apostolicæ Cardinalem Legatum, in libro, qui dicitur, Memoriale, Capitulo 22. ubi sic dicit. Quidam uiri seculo renuntiantes, ad imitationem sancti uiri ac solitarij Heliz Prophetæ in Monte Carmeli, maximè in illa parte, quæ supereminet ciuitati Porphyriz, iuxta fontem, qui fons Heliz dicitur, non longè à Monasterio Beatæ Margaretae Virginis uitam solitariam agebant, in aluearibus modicorum cellularum tanquam Apes Domini dulcedinem mellificantes. Alludit Vincentius in Speculo Historiali, libro 31. capitulo 123. Idem Honorius Tertius qui confirmauit Ordinem Prædicatorum, Regulam Heremitarum habitantium in Monte Carmeli, quem Heliam frequenter legatur, approbavit, & eis in remissionem peccatorum tradidit obseruandam à Venerabili Alberto Hierosolymitano Patriarcha editam. Hæc ille. Concordat istis Magister Ioannes Doctor Parisiensis de Bachelione in Tractatu de Institutione Ordinis Carmelitarum, particula ter-

Carmelitæ
Ecclesiam in
honore Bea-
tæ Mariæ
Virginis cõ-
stituerunt in
Monte Car-
meli.

Carmelitæ
à Ioanne Hie-
rosolymita-
no Patriar-
cha regulâ
cõmuniter
uiuendi San-
ctorum Pau-
lini, & Basi-
lij sumptæ-
runt.
Iacobus de
Vitriaco Car-
dinalis.
Cap. 22.

Vincentius
in Speculo
Historiali.

Ioan. Bache-
nus Carme-
lita.

tia. Samuel fuit primus qui instituit conuentum Religioforum, & dicebatur Cuneus Prophetarum, quorum officium erat Deum contemplari. Postea uiri contemplatiui dicti filij Prophetarum Heliseo adhæserunt.

4. Reg. 2.

Ioan. 44. Patriarcha Hierosolymitanus.

4. Reg. 2. Hinc Carmelitæ contemplationem eandem à Cuneo Prophetarum & filijs inchoatam continuare curauerunt. Hæc ille. Probantur prædicta auctoritate illius Magni Ioannis 44. Patriarchæ Hierosolymitani in libro ad Caprasium de institutione Monachorum in Legge Veteri exortorum, & in Noua perseuerantium, ubi sic dicit. Propheta Dei Helias Monachorum Carmelitarum Primus Princeps extitit, à quo non in Torrente Carith, eò quòd esset locus Religioni non aptus, sed in Carmelo Deo iubente eorum institutio initium sumpsit. Idem in eodem libro. Ideo Saluator noster Christus sciens Ioannem Baptistam Monasticæ uitæ ab Helia institutæ imaginem gerere, dixit de eo turbis. Si uultis recipere Ioannes ipse est Helias. Subdit idem lib. 6. cap. 3. Ipsi uero Carmelitæ primi inter uiros sese per Virginitatem sponte Deo perpetuèq; dedicantes castrauerunt propter regnum cælorum. Quapropter non immerito non tantum ad literam, à loco Patris sui Heliae, sed à spiritali intelligentia dicti ac nuncupati Carmelitæ uenerunt in hunc diem. Cupientes igitur tam carnis quàm mentis à se rescindere immunditias hortatione Patris eorum Heliae ad literam in Montem Carmeli ascenderunt. His consonat Nicolaus de Lyra in Postilla super quartum Regum, Cap. 2. ubi dicitur in textu. Videntes filij Prophetarum stantes ecôtra, quòd Iordanis Heliseo celsit, dixerunt. Requieuit spiritus Heliae super Heliseum. Et uenientes in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram. Dicit sic super illo uerbo, Adorauerunt, id est in Principem & Patrem loco Heliae illum receperunt, sub cuius regimine prius uixerunt. Hæc ille. Et licet secundum Magistrum in Historijs, Samuel primum conuentum instituerit Religioforum, quod idem Magister Nicolaus de Lyra testatur super primo libro Reg. cap. 19. ubi dicitur. Misit Saul lictores, ut raperent Dauid. Qui cum uidissent Cuneum Prophetarum uaticinatum, & super eos Samuelem stantem, scilicet tanquam Principem & Patrem atque institutorem eorundem, dicit sic super illis uerbis; Cuneum Prophetarum uaticinantium, id est Religioforum Deum laudantium. Sequitur in textu. Factus est etiam spiritus Domini in illis (Lyra) id est spiritus deuotionis, & prophetare cœperunt etiam ipsi (Lyra) id est Deum laudare. Misit & tertios nuncios, qui & ipsi prophetauerunt. Et iratus Saul abiit & ipse. Et factus est super eum spiritus Domini, & prophetauit usque dum ueniret in Nayothis Ramatha, & expoliauit se uestimētis suis (Lyra) scilicet regalibus, atque prophetauit cum cæteris coram Samuele. Et cecinit nudus regalibus,

Nicolaus de Lyra in Postilla super 4. Reg. cap. 2.

1. Reg. 19.

regalibus scilicet uestibus spoliatus die tota & nocte. Ecceq; ante Heliam Samuel instituit Religiosos, siue Cuncos Prophetarum, id est, in Lyris & Cytharis, & huiusmodi musicis instrumentis canentium & prophetantium, id est, Deum laudantium. Igitur licet Samuel ante Heliam instituerit Religionem, non tamen quantum ad tria religionis essentialia puncta. Vnde & Hieronymus in Epistola ad Rusticum. Filij Prophetarum, quos Monachos in ~~Veteri~~ ^{terre} legimus ~~Testamēto~~, faciebāt sibi Casulas iuxta flumē Iordanis, & turbis hominum derelictis, Polentis & Herba agresti vitabant. Credo sufficienter pijs lectoribus fuisse hucusque probatum, Heliam ante Christi incarnationē Carmeliticæ Religionis fundasse primordia, non suspiciatūē sicut Antoninus in secunda parte, titulo tertio, cap. 4. videtur asserere, ubi sic dicit. Carmelitæ à Monte Carmeli sub Helia initium habuisse suspicantur, partem Regulæ Basilij suscipiētes. Nam prædicatorum testimonijs, ac veridicorum scitur, quod ab Helia primordialiter sunt instituti.

Hieronym.
in Epistola
ad Rusticū.

Contra An-
toninum in
2. parte
cap. 4.

Carmelitana Religio siue Heliana triplicem habuit in sui continuatione statum. Cap. 2.



ET VSTISSIMA Carmelitarum Religio ab initio usque in præsens statum triplicem comprehendit. Sub vna tamen (licet diuersis temporibus) & eadem fundamentali Religione immutata & fide. Nam licet dispar conditio temporis circumstantiarum differentiam aliqualem pepererit, tamē (teste Philosopho) substantiam rei Accidens non mutat. Vnde Augustinus contra Faustum. Eadem (inquit) fide Antiqui crediderunt Christum venturū, quā Christiani eum venisse credunt, licet sub alijs signis & sacramentis. Hæc ille. Hinc Lucas in Actibus Apostolorum fatetur, quod professores Christianæ Religionis in exordio prædicationis Christi & Apostolorum alio nomine fuerunt designati, quā modo. Prius enim nominati Discipuli, tandem dicti sunt Antiochiæ Christiani. Quare absit vt aliquis opinari velit aliam Religionem fuisse in eis, quā quæ sit in nobis. Vnde Ioannes 44. Patriarcha Hierosolymitanus (vt recitat Magister Philippus Riboti in de peculiaribus gestis Carmelitarum libro 5. cap. primo, & quinto. Non arbitror quod aliquis negare velit, quin vna & eadem Religione salua, professores Carmelitarum ex diuersis causis, discretis temporibus, possunt designari varijs titulis & dispositionibus. Nec absurdū Fratres & Successores Montis Carmeli nunc esse eiusdem Religionis cū illis, qui ante Christi incarnationem fuerunt, licet illi Indæi fuerint Prophetæ

Augu. Con-
tra Faustū.

Act. xi.

Ioan. 44. Pa-
triarcha Hie-
rosolymita-
nus.
Philippus
Riboti Carme-
lita lib. 1.
cap. 1. & 5.

phetæ & filij Prophetarum nominati, modo sint dicti Fratres Beatae Mariæ Virginis & Christiani. Antiqui nanque Ordinis Carmelitarum, & si non nomine, tamen recta fide sicut moderni fuerunt verè Christiani. Illi enim firmam fidem in Christo habuerunt, à quo animarum sperauerunt salutem. Pro hac consequenda mundum reliquerunt, corpora & actiones suas Deo obtulerunt. De istis Apostolus ait. Circuierunt in Melotis in Pellibus Caprinis, egentes, angustiiati, afflicti, quibus dignus non erat Mundus. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. Hæc Ioannes. Sic ergo secundum diuersa tempora ab Exordio nostri Ordinis vsque in præsens Carmelitæ in accidentalibus diuersimode diuersis institutionibus & cærimonijs claruisse noscuntur atque titulis. Primus igitur status, siue prima dispositio nostri Ordinis fuit tẽpore legis scriptæ, quando Helias Prophetarum eximius (vt prædictum est) in Monte Carmeli, ad honorem Virginis nascendæ Ordinem Carmelitarum instituit. Et eandem Dei filium pariturâ prænoscens in perpetuam Patronam Ordinis & suorum successorum elegit. Hi tunc temporis vltra præcepta Mosaicæ legis, sub Regula seu norma viuendi per Heliam instituta scilicet in castitate, paupertate, & obedientia vixerunt, filij Prophetarum appellati. Horum aliqui habitauerunt in Monte Carmeli vt Heliseus. Alij in Sarepta vt Ionas. Alij in Samaria vt Abdias, cum pluribus alijs. Quidam in Iericho. Quidam in Galgalis. Alij in Monte Effraym. 4. Reg. 5. Alij in conuentu iuxta Iordanem. 4. Reg. 6. Concordat Nico. de Lyra in Postilla super 4. Reg. 2. vbi sic dicit. In Bethel & Iericho manebât Filij Prophetarum, & isti erant Viri Religiosi & collegiati, vacantes orationi & contemplationi, quorum aliqui habuerunt spiritum Prophetiæ. Et erant primò congregati sub Samuele. 1. Reg. 10. & postea sub alijs Prophetis excellentibus. Et dicuntur Filij, id est Discipuli Prophetarum secundum Rabbi Salomonem. Hæc autem loca Helias ante transuersionem suâ voluit visitare propter Discipulorum suorum congregationem. Hæc Lyra. Similiter scribit Abbas Ioachim Ordinis Diui Patris Benedicti in libro de Concordia Noui & Veteris Testamenti, sic dicens. Præcesserat Prophetica vita in Helia, ex cuius vita gloriosa Heliseus Propheta in sua claritate inchoauit conuentum Ordinis. Alludit his Cassianus in collationibus Patrum, Parte Prima, Collatione Sancti Theonis Abbatibus, capitulo quarto. Sicut Heliam probamus non superatum à lege cum licitè coniugia absque reprehensione inuisse poterat, Virgo tamen perseuerare maluit. Sic Heliseum & reliquos eiusdem propositi uiros Mosaycæ legis superasse mandata bene nouimus. De quibus Apostolus ait. Circuierunt in Melotis &c. Qui omnes offerri decimas

Heb. x.

Primus status Carmelitarum describitur, qui fuit sub Helia.

Filij Prophetarum habitauerunt in diuersis locis.

4. Reg. 5.

& 6.

Nicolaus de Lyra in Postilla super 4. Reg. 2.

1. Reg. 10.

Abbas Ioachim ordinis D. Benedicti. Heliseus conuentum ordinis Carmelitarum inchoat. Cassianus in Collationibus Patrum cap. 4.

Heb. x.

ri decimas non contenti, ipsa prædia respuentes semetipsos Deo & animas suas obtulerunt. Hæc ille. De hac Regula & conuersatione Carmelitarum testatur Sozomenus Doctor Græcus in Historia Tripartita libro Primo Capitulo xi. (sicut Ioânes Cassianus recitat.) Sic ergo patet prima dispositio Carmelitarum. Secundus status eiusdem Ordinis siue dispositio fuit tempore Legis gratiæ quando Ioannes Baptista uenit in spiritu & uirtute Helia, cum Carmelitis circa Iordanem in solitudine conuersatus, & ab eis in eodem Conuentu in superiorem & Magistrum assumptus. Hinc postea tempore prædicationis Apostolorum sunt Carmelita conuersi ad Euangelicam perfectionem, & ab eis baptizati. Atque cum illis fidem Christi in primordiis nascentis Ecclesiæ constantissime defenderunt & prædicarunt. Isti continuantes patrum suarum sororis Virginis Mariæ Dei genitricis ab Helia prius prælectæ in Ordinis sui Patronam in Monte Carmeli primus in eius honore Ecclesiam seu Oratorium construxerunt. Hi tunc temporis sacrum Euangelium Christi & Apostolorum doctrinam, cum obseruantia Decalogi Mosayci & Regulæ, idest conuersationis ab Helia institutæ, usque ad annu Domini cccxxi. pro norma uiuendi habuerunt. Hoc anno Ioannes prius Prior seu Abbas & Pater Montis Carmeli, postea Episcopus Hierosolymitanus 44. ad instantiam sui successoris in prioratu scilicet Fratriscaprasii Regulam Helia & uitam atque Institutionem colligens Græcis literis, & Basilij Regulam perscrutando, omnia quæque excerpens, fratribus suis tradidit obseruandissime meditandam. Sub tali conuersatione Regularum Helia, Ioannis, & Basilij permanserunt ad annum Domini m c x x i. Isti tempore illo uarios titulos habuerunt, nominati tum generaliter Religiosi, Heremita, Monachi, tum specialiter Carmelita, Heremita, Fratres Beatæ Mariæ Virginis. Eo tempore infiniti numero imitatores Helia claruerunt sub duplici tamen differentia. Quidam Propheticam uitam & Monasticam ab Helia institutam hæreditaria successione obseruantes in Monte Carmeli, Bethleem, Syon, Synai, iuxta Iordanem, & aliis locis, sub regimine & obediëntia Prioris seu Abbatis & Patris Môtis Carmeli, sub nomine & patronatu Beatæ Mariæ Virginis, & sub titulo Carmelitarum permanserunt & continuauerunt. Alii uero Helia quidem imitatores & illius uitæ zelatores egregii, Deo inspirante, ut Helia fons ad fines usque Terræ diffunderetur, & ex unica Helia uite multi palmitēs nascerentur, non sub regimine Prioris & Patris Carmeli manserunt. Et quidem ueraciter ex spiritu sancto factum esse liquet, ut sancta Dei Ecclesia numerosiori fructu gauderet contemnentium mundum Heliz

Sozomenus in Historia Tripart. lib. 1. cap. xi. Secundus status Carmelitarum ostenditur, qui fuit sub Ioanne Baptista eorum superiore. Carmelita baptizantur ab Apostolis, atque fidem Christi prædicant.

Ioan. 44. Patriarcha Hierosol. regulam D. Basilij suis Carmelitis tradit.

Varia Carmelitarum nomina ponuntur. Imitatores Helia in duplici sunt differentia.

litz exemplo. Quidam horum aut fuerunt Institutionum Præceptores siue Regularum, uel se aliis ob Deum, & meritum singulare præceptoribus subdiderunt. Enimuero hi à patrono Helia, cuius uitam & imitationem in cœlos usque intulerunt, ueraciter Carmelitæ & Heliani sunt; quanquam non ita nominentur, sed aut Heremitæ, aut Anachoritæ, siue Cœnobitæ, siue illius alterius uel Discipuli, sub cuius institutione, obedientia, & exhortatione degebant, appellati sunt. Tales erant Paulus Heremita Primus, Magnus Antonius, & infiniti alij. Tertius status ordinis siue dispositio cœpit circa tempora annorum Christi MCXXI. sub Regimine Priorum Generalium Magistrorum Primorum Latinorum, quando Græca Institutio & uetus illa uiuendi Patrum norma Ioannis & Basilij in Monte Carmeli & alijs Cœnobijs illuc usque seruata, per Aymericum Patriarcham de Græco in Latinum est translata. Et hinc nō multum post temporis Albertus Hierosolymitanus Patriarcha ante consilium Lateranense compendiosam ex norma Helia, ex libro Ioannis 44. & ex Regula Basilij Patris nostri extractam Regulam sancto Priori Montis Carmeli Brocardo, & fratribus eius Heremitis tradidit obseruandā suo iure ordinario. Sub hoc statu siue dispositione aut differentia Ordinis nostri tertia propter multiplicitem ordinum exortorum, accreuit ordo Carmeli, tam in Tituli quā Regulæ antiquitatisq; confirmatione, sub maiori tutela, munimine, gratiis, priuilegijs, & prouisionibus, quā ante sub duobus præcedentibus statibus primis. Antiquis nempe temporibus dum Carmelitæ tam Græci quā Iudæi in Orientali, & in Asiana maxime Ecclesia floridissimè clarent, non fuit tanta cura de Apostolicis prouisionibus, sed humili simplicitate ambulantes sancta atque probata conuersatione contenti permanferunt, maximè propter nimiam antiquitatem & famosam Religionem Helia Carmelitarum Institutoris, in Orientali Ecclesia nunquam aut nusquam apparuit Apostolicæ prouisionis necessitas, sicut post in Occidentali Ecclesia propter incognitā Religionem nouellamq; in eisdem partibus ipsius plantationem summa incubuit necessitudo. Ab hoc igitur prædicto anno Fratres Carmelitæ sub eadem compendiosa Domini Alberti Regula uixerunt & uiuant usque in præsentem diem sub Titulo & Patronatu Gloriosissimæ Dei Genitricis Mariæ.

Tertius Carmelitarum status sub Magistris Prioribus Generalibus cœpit.

Albertus Patriarcha Hierosolymitanus Regulā Carmeliticā tradidit ex Helia Ioannis 44. & Basilij normā extraxit, quam nunc etiam imitantur. Sub Tertio statu Carmelitarum ordo augetur.

Omnis

*Omnis Religionis veteris & Novi Testamenti Deo Dicatur
Helias exordium est. Cap. 3.*



VICQVID uirtutis & perfectionis est in quouis Monastico Ordine, à Beatissimo Propheta & Patre Helia tanquam à Primordiali Heremitarum, Monachorum, etiam uniuersorum Religiosorum institutore, uelut à fontali principio exemplariter emanasse, sanctorum Patrum dictis dinoscitur. Est enim quadruplex, secundum Benedictum, Monachorum Genus. Primum est Monasteriale, dictum Cœnobitarum, militans sub Abbate uel Regula. Hi (ut Antoninus dicit in Tertia Parte Summæ tit. 16. cap. 1. §. 4.) sub Helisco sumpserunt initium. Aliud est Anachoritarum, idest Contemplatiuorum in Heremis, uel extra homines, in solitarijs locis, à tumultu communis vulgi solitariè uiuentium. Isti (ut idem dicit Antoninus) ab Helia exordium habent. Cuius & imitator Ioannes Baptista erat. De istis habetur 16. q. 1. Qui uere. Tertium est reprobatum, & dicitur Serabaitarum, qui nulla Regula approbata, Soli, Bini, uel Terni sine Pastore inclusi, suis ouibus uiuunt. Quartum æque reprobum Gyrouagum dicitur, qui Binis uel Quaternis diebus per diuersas Prouincias tota uita sua diuersorum Cellulis uel Domibus hospitantur, nunquam stabiles Serabaitis in Gularum uoluptate conformes. 16. q. 1. Quidam Monachi. Omnium igitur duorum primorum, scilicet Solitariorum & Monasterialium principium primum Helias est. Sed ex quò omne principium est suo effectu nobilius, claret euidenter, quòd non est Patri Helix similis inter Monachorum Patres in Legislatoribus. Sicut quoque Magnus ille Pater Abraham de Sara uerè dixit. Soror mea est filia Patris mei, & non Matris meæ. Quòd & quidam Ordinis Fratrum Minorum prædicator celebris de Sancta Clara uerè dicere nifus est, intendens, quòd Seraphici Patris sui Francisci filia fuerit, sed non filia Matris suæ, uidelicet Religionis Minorum, cum alterius Religionis & Regulæ profectrix extiterit. Ego etiam uerè dicere potero de Magno Antonio, quia Frater meus est, Patris mei Helix filius, & si fortasse, non sit meæ Religionis. Similiter & de Paulo, Panibone, Macharijs, & singulis non tam Aegypti, quinimmo Seculi luminarium, & de quocunque Heremiticæ seu Monasticæ aut spiritualis Vitæ cultore siue cultrice. Cum omnis Religionis Helias Parens sit & Origo fontalis, tanquam alter Abraham, multarum gentium uerè Pater. Qui enim post Heliam surrexere, diuersorum Monachorum & Religiosorum Principes, secundum diuersa & specialia statuta Discipulos suos in obseruantia Vitæ Monasticæ regulantes,

Quadruplex
Monachorū
Genus secū
dum Bene-
dictum.
Antoninus
Tertia Par
te summæ.
Cœnobitæ
ab Helisco
initium sum
pserunt.
Anachoritæ
ab Helia ex
ordium ha
buerunt.
Serabaitæ si
ne Pastore
fuerūt, atq;
Gyrouagum
ordo.

Gen. 12.

B

lantes,

Helias cuius-
que
Monasti-
ca Vita Ca-
pitulum
fuit.
Hierony-
mus in E-
pistola ad
Paulinum,
ex quo loco
colligit Hie-
ronymus
fuisse Ord-
inis Carmeli-
tarum.
Virtus & I-
mitatio,
non Habi-
tus uel no-
men Mona-
chum facit.
Isidorus lib.
2. cap. 5.

Bernardus
Abbas Cassi-
nensis.

Pater Ma-
charius.

Sozomenus
in Historia
Tripartita
cap. 21.

Diuus Ber-
nardus in
sermo, ad
Fratres Car-
melitas.

lantes, sunt quidam ueluti particulares Riui ab Helia primordiali ac
uniuersali fonte affluentissime deriuati. Etenim legas ac relegas tam sa-
era scripta, quam dicta Patrum, & Historias, non inuenies nisi Mona-
stica uitæ primum caput Heliam. Vnde Diuus Pater Hieronymus
Magnus Heremita in Epistola ad Paulinum. Si cupis esse quod dixeris
Monachus, id est solus, quid facis in urbibus, quæ habitacula sunt multo-
rum? Habet unumquodque propositum Principes suos. Nos autem habe-
mus propositi nostri Principes Paulum, Antonium. Et ut ad auctorita-
tem redeam Scripturarum, Noster Princeps est Helias, noster Dux est
Heliscus, nostri duces Filii Prophetarum. Et in Prologo Pauli Primi
Heremitarum, & Hilarionis Patris nostri idem scribit. Ecce quod Hiero-
nymus erat ordinis Heliae seu Carmelitarum, & si non frater Mariæ Vir-
ginis de Carmelo nomine appellatus. Virtus enim & imitatio Monachum
facit, non Habitus aut Nomen. Hoc præcipue ponit Isidorus li. 2. de Origi-
ne officiorum. Si quæ is (inquit) quis Monastica conuersationis, auctor
extiterit, quantum attinet ad auctoritatem Veterum Scripturarum hu-
ius propositi, Princeps Helias, & Discipulus eius Heliscus fuerunt. Hu-
ius etiam propositi in Euangelio Ioannes Baptista auctor extitit. Iam
deinde progenitos didicimus conuersationis huius nobilissimos Prin-
cipes Paulum, Antonium, Hilarionem, ceterosque Patres. Quorum ex-
emplis per uniuersum Mundum adoleuit sancta institutio Monacho-
rum. Et Beatus Bernardus Abbas Cassinensis in expositione Primi
Capituli Regulæ sancti Benedicti. Attende (inquit) benè, quod in Ve-
teri Testamento Helias & Heliscus, in Nouo Testamento Ioannes Ba-
ptista, post tempora Apostolorum Paulus & Antonius inuectores &
conseruatores horum Monachorum Heremitarum seu Cœnobarum extite-
runt. Et Beatissimus Pater Macharius in Sermonem ad Monachos. Duos
uiros Magnificos exordium Monastici Ordinis protulisse credimus, quo-
rum unus igneis equis in cælis raptus legitur, alter uero prophetasse antequam
natus sit. At Sozomenus in Tripartita Historia. Huius Monasticae An-
tiquissimæ Philosophiæ Princeps in Veteri fuit Helias, in Nouo autem Te-
stamento Ioannes Baptista. Vnde Bernardus Clareuallensis in Libro
ad Fratres Carmelitas, habitantes in Monte Dei, scilicet Querentem,
aliàs Cypri. Orientale illud (inquit) lumen, & Antiquum illa in Regione
feruorē Fratribus in Monte Dei Bernardus. Epulari & gaudere oportet
in Domino, quia Christianæ Deuotionis & Religionis speciosissima
portio quæ cælos propinquè tangebatur, quasi mortua erat & reuixit. In-
fra. Sed amuli cum manifestum lumen veritatis obnubilare nequeunt,
de solo nouitatis nomine caillantur. Sed hæc nouitas non est nouella va-
nitas.

nitas. Res enim est Antiquæ Religionis, & antiqua hæreditas Ecclesiæ
 Dei à tempore Prophetarum de monstrata, iamq; nouæ gratiæ sole exor-
 to in Ioanne Baptista instaurata & renouata, ab ipso Domino Iesu fami-
 liarissimè celebrata, ab eius Discipulis, ipso præsentè, cõcupita. Igitur
 sanctus Helias qui dictus est Prophetarum eximius, propter carnis inte-
 gritatem, uitæ ~~autem~~ **liberam** Regum increpationem, propter ani-
 mi firmitatem, signorum & miraculorum operationem, uerè Religio-
 nis Primicerius & Auctor fuisse edocetur, si religionis essentielles libeat
 inspicere proprietates. Sunt autem hæ cum Paupertate, Castitas & Obe-
 dientia. Quòd si cuiquam trium minimum desit, hic sibi largè, nō
 districtè sortitur Religionis vocabulum. Vnde de Obedientia Helias
 ait Ioannes 44. Hierosolymitanus Episcopus. Abijt quoque Helias vbi
 cum ferebat volūtas Dei, & fecit iuxta verbum Domini. Quippè ei Deus
 mandauit, vt communem hominum habitationem fugeret, & se à turbis
 & vrbibus recedens in deserto absconderet, ac cunctis terrenis ac munda-
 nis se exueret, atque deinceps Monasticæ in Heremo secundum ei à Deo
 formam inditam viueret. Sic Heliseus vocatus ab aratro, obediēter gres-
 sus Helias insequitur, domicilia parentum deserens, affectum mundi abij-
 ciens, ac Deo inspirante, pium ducem constanter imitatur, tam docilis
 quàm deuotus. Certè nec horridi eum terret Heremi transitus, quin per
 inuia quæq; sequatur Propositum & Magistrum. Cum verò Discipulus
 quidam voci Domini per Michcam quando dixit, Percute me, obtempe-
 rare renuisset, à Leone occisus est. At cum Paupertatem Helias scrutemur,
 nihil lucidius. Hæc autem in Tertij Quartiq; Regum libris gestarum re-
 rum indagine patent. Hinc Chrysostomus ait. Vnde mirabilis factus est
 Helias? Nonne à libera ad Regem proclamatione? nonne à Zelo qui erat
 ad Deum? nonne à repudiatione possessionum? Et Isidorus. Vnde ad
 Monachos studium fluxerit Paupertatis, vel qui huius cõuersationis ex-
 titit auctor, vel cuius isti habitum imitantur, quantum pertinet ad aucto-
 ritatem veterum scripturarum, huius propositi Princeps Helias, & Disci-
 puli eius fuerunt, qui habitabant in solitudine, & faciebant sibi casulas
 iuxta fluentia Iordanis. Gyezi enim qui huius sanctæ paupertatis ornamē-
 tum pestiferæ proprietatis vitio ausus fuerat maculare, leprosa cõtagio-
 ne multatus est. Denique verò ex hoc factum est, vt Carmelitæ He-
 liæ Discipuli ceterorum Patrum transuecti virtutibus tantum culmen ser-
 uandæ Virginitatis primum conscenderunt, velut ex eisdem scrutamur
 Regnorum historijs. Nam dum in Mōtis Carmeli decliuio septenas præ-
 ces Helias funderet, è Maris regione parua nubecula humanam figurans
 effigiem eminus oritur. Hac igitur nubecula Virginem absque sorde ven-

Helias Pau-
 pertati, Obe-
 dientiam &
 Castitatem
 habuit.
 Ioan. 44. Pa-
 triarcha Hie-
 rosolymita-
 nus.

3. & 4. Reg.
 Chrysosto-
 mus.

Isidorus.

3. Reg. 18.

Joan. 44. Pa-
triarcha Ille
rosi.

Hiero. ad
Eustochiū.

turam cognouit, & tempus ætatis septenæ. Insuper quòd Virgo foret per-
mansura, & mundo paritura Salvatorem. Testatur hoc Ioānes 44. Patriar-
cha Hierosolymitanus in libro de Institutione Monachorum ad Capra-
sium Montis Carmeli Priorem. Congregauit extunc Helias Filios Pro-
phetarum Terræ sanctæ diuersorum conuētuum & in voluntaria Pauper-
tate, Obedientia & Castitate eos viuere instituit. Vnde Hieronymus ad
Eustochium. In veteri lege sola erat benedictio liberorum, quia vacuus
erat mundus, paulatim verò crescente segete, messor immissus est Virgo
Helias, Virgo Heliseus, Virgines multi Filij Prophetarum. Hæc ille.

*In Veteri Testamento fuerunt Helie quatuor Discipuli Principa-
les, Rectores aliorum Discipulorum ab eodem consti-
tuti. Cap. 4.*



Primus Disci-
pulus Helie
non tempo-
re sed digni-
tate fuit He-
liseus, cuius
Vitæ pro-
gressus ex-
plicatur.
Eccl. cz. 48.

Mag. Hist.
4. Reg. 2.

4. Reg.

4. Reg. 3.
Hieron. ad

EVIUS sancti Viri Prophetæ Helie erant quatuor principales
Discipuli in alijs etiam locis extra Montem Carmeli, curam
aliorum Filiorum Prophetarum gerentes. Inter quos primus,
non tempore, sed dignitate & virtute fuit Heliseus, sibi à Deo
assignatus, de quo Ecclesiasticus, cap. 48. In Helisco completus est spiri-
tus eius, scilicet Helie. In diebus suis non pertimuit Principem, & poten-
tia nemo vicit illum, Nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum
prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in morte operatus
est mirabilia. Hic in Galgalis à Patre Saphat, de Tribu Ruben fuit natus.
In cuius ortu tale contigit prodigium, Vt vna imago ex vitulis aureis mi-
gret acutè. Quo audito in Hierusalem Sacerdos Dei nutu ait. Propheta
natus est in Israel, qui sculptilia Deorum destruet & fusilia. Hæc Magi-
ster in Historijs. Helia igitur translato, Heliseus pallio Helie quod ceci-
derat, Iordane diuiso venit ad Discipulos. Qui venientes adorauerunt eū
proni in terra. Vbi dicit Nico. de Lyra. Adoratione Dulie, tanquam su-
periores suum, dicentes, Requieuit spiritus Helie super Heliseum.
Accepta igitur Præpositura, quæ nunc dicitur Prioratus vel Generalatus,
studuit sigillatim loca Filiorum Prophetarum visitare, in singulis locis
aliquandiu prout opportunitas exegit commorando, atque ad eorū cō-
solationem & gloriā Dei, diuersa, vt in Quarto Regum Libro apparet,
coram eis signa & virtutes operatus est. Inde verò cupiens ampliari
sue Religionis loca, ad rogatum Congregationis Fratrum de Iericho,
statuit nouum Monasterium siue Locum circa Iordanem, vt patet Quar-
to Reg. 3. Idem testatur Hieronymus ille Magnus Pater Heremita & Car-
melita in Epistola ad Rusticum. Nos habemus propositi nostri Princi-
pes,

pes, Paulum, Antonium, Hilarionem, Macharium, Et vt ad auctoritatem scripturarum redeam, noster Princeps est Helias, noster Dux est Heliseus, nostri Duces multi Filij Prophetarum, qui habitabant in agris in solitudine, & faciebant sibi Tabernacula iuxta fluentia Iordanis. Hæc ille. Ad istos venit Ioannes Baptista, in desertum Iordanis, in spiritu & virtute Helix conuersatus cum eisdem, & Pater eorum effectus, Rector atque Princeps. Tandem à Deo iussus, prædicaui Populo Israelitico Baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Constituit etiam Duos alios Conuentus Heliseus, scilicet in Samaria extra tamen populi tumultum, & in Monte Effraym. Qui postquam opere & sermone miraculorumq; gloria Helix Religionem Carmeliticam firmiter continuasset, migravit à Seculo in spe bona sepultus, secundum Hieronymum apud Samariam Palæstinæ. Cuius sacratissimum corpus anno Domini cccc lxxxvi. Tempore Leonis Primi Imperatoris, Sigiberto Gemblacensi teste, primo translatus fuit Alexandriam, in monasterio Pauli Leprosi. Ecce qui leprosum sanauit, & leprosum fecit, in ea quæ leprosi erant translatus est. Postea per Theodosiū Imperatorē Rauēnæ anno Domini dccc xviii. est repositum in Monasterio Monachorum. Ipsius dignissimæ celebritatis festum xvij. Kal. Iulij agitur. Alter verò Helix Discipulus fuit Propheta Ionas, de regione Geth, quæ est in Ofir. Vnde Hieronymus in Prologo super Ionam. Sanctum Ionam Iudæi affirmant, filium fuisse Mulieris Viduæ Sareptanæ, quem Helias Propheta suscitauit à mortuis, Matre postea dicente ad eum. Nunc cognoui quia Vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est. Hic Ionas (teste Magistro in Historijs super Quarto Regum) prædixit signum euersionis Hierusalem. Quia propè est ei interitus, cum videret lapidem luctuose clamantem, & gentes in ea vniuersas. Plura etiam alia prædixit, sed scripta Prophetiæ eius non omnia habentur apud nos. Mortuus & sepultus in spelunca vnius Iudicis in Israel. Cuius sepulchrum ostenditur in vna Vrbiū Geth, in viculo iuxta Sephorum. Hunc Hebrei virum sanctum nominant. Tertius Helix Discipulus fuit Micheas de Iemla, ex Patre Herelino. Qui prophetauit ante ostensionem Helix in Israel, vt patet 2. Paralipom. 18. Similiter post eius ostensionem Tertij Regum 22. Hic Helix reuerso iussu Dei de spelunca Oreb, in Terram Israel adhæsit. Postmodum dum argueret Ioram filium Achab ob culturam Idolorum, præcipitio collisus, Martyrio coronatus est. Sepultus est in Morasti solus, iuxta sepulturā Senathim. Huius celebritas agitur xvij. Kal. Februarij. Quartus est Abdias de Terra Sychem, ortus in Bethacoron, Dispensator prius Regis Achab, qui centum Prophetas in speluncis pavit, qui non curuauerunt Genu Baal. Propter

Luc. 3.

Sigibertus
Gemblacensis.
4. Reg. 5.

Secundus Discipulus Helix fuit Ionas Propheta.
Hieron. in Prologo super Ionam.
3. Reg. 17.
Mag. Hist.

Tertius Discipulus Helix fuit Micheas Propheta.
2. Paralipo. 18.
3. Reg. 22.

Quartus Discipulus Helix fuit Abdias Propheta.
3. Reg. 18.

Pter quod secundum Hieronymum accepit gratiam Prophetalē, de Duce exercitus Dux Ecclesiæ constitutus. Et tandem Antiquissimus moritur, & inter sanctos refertur. Cuius sepulchrum vsque hodie, cum Mausæolo Helisei & Ioannis Baptistæ in Sebastia veneratur. Agitur verò eius celebritas viij. Kalendas Iulij.

www.libtool.com.cn

Filij Prophetarum & eorum successores, post Helie Translationem & Helisei decessum, Heremiticam & Carmeliticam Religionem usque ad Christi aduentum, quem expectabant, continuauerunt. Cap. 5.



POST sanctissimi Helie translationem Primi inter viros Virginis Regum increpatoris, mirabilium operatoris signorum, & omnis Religionis, quo ad tria essentialia Institutoris, postquam Helisei mortem Religiosi eorundem successores Heremitæ in Carmelo, & alijs locis habitantes, Christum venturū, & pro Humani Generis Redemptione incarnandum, & ex Immaculata Virgine nasciturum ardentissimè expectabant, sicuti ab Helia fuerant edocti. Propter quod ad Regnum Dei consequendum mūdum contempserunt, delicias terrenasq; diuitias respuebant, vt Dei filium ex Virgine nascēdum possent amplecti, ac Helie Helisei quoque institutam contemplandi, & orandi Religionem, in Heremis Montis Carmeli, & circa Iordanem, ac alijs locis continuare ad tempora Christi vsque studuerunt. Istud præcisè testatur Magnus ille Ioannes Doctor Græcus 44. Patriarcha Hierosolymitanus ad Caprasium, super illo verbo Tertij Reg. cap. 18. Iunge currum tuum, & descende ne occupet te pluuia. Ob hanc causam Carmelitæ à captiuitatibus Israelitarum à Deo præseruati sunt. Plura miranda addidit, tam de Carmelitis quàm de filijs Ionadab Recabitis, quæ hic gratia breuitatis omitto. Liber Ioannis in patulo est. Legat quicunque voluerit, & ita inueniet. De numero quidem illorum singularissimè Christi ex Virgine incarnationem desiderantium, fuerunt Cinei, canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt, qui venerunt de calore Patris Domus Rechab. Primi Paralipom. 2. id est de feruore deuotionis seu Religionis ipsius Rechab. Huius filius fuit Ionadab. 4. Reg. 10. Qui filijs suis & omni suæ Posteritati bibere vinum interdixit &c. Vide Hieremiam Cap. 35. Hæc dicit Dominus Deus exercituum Deus Israel. Pro eo qd obedistis præcepto Ionadab Patris vestri, nō deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Hi quidem Rechabite Cinei, quanquam Heliam præcesserunt tempore, tamen eorum

Ioan. 44. Patriarcha.
3. Reg. 18.

Cinei Carmelitæ sunt dicendi.

1. Paralip. 2.

4. Reg. 10.

Hier. 35.

eorum posterì, eidem in sua Prophetica institutione ac Religione adhæserunt, atque sic non immerito Carmelitæ, tam vitæ sanctitate, quam imitatione & religione veniunt censendi, licet nouerim quosdam aliter sentire in talibus. Insuper de eorum numero Christum venturum expectantium erant Essei, qui in veste candida ad imitationem Heliz incedentes, nuptiasq; fastidientes Monasticam agebant uitam. Inter illos plures facti sunt Martyres, & inter eos erant, qui futura prædicerent. Afsidei etiam nominatissimi Diuino cultui assidue assistentes, Primo Machabeorum 7. Vbi introducitur Prophetia Psalmi 78. in ipsis impleta. Escas sanctorum tuorum bestijs Terræ, scilicet posuerunt. De horum congregatione erat ille Magnus Abbas & Propheta Scariothus, qui (teste Magistro historiarum) fuit vnus illorum, qui Christo resurgenti, confurrexit. Similiter dicendum est de præclaris illis Iuda & Mamenio Prophetis. Horum primus Iosepho libro primo de Iudaico Bello teste, Ioannis Hircani & Aristoboli filij eius temporibus prædictiones infallibiles vaticinatus est. Alter vero, vt idem 14. Antiquitatum libro refert, Herodis illius Maioris, & Antipatris eius Genitoris tempora decorauit, ob quem Rex omnem Carmeli familiam honorificè tractauit. Scribit etiã Beatus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, in libro de Ortu Beatissimæ Mariæ Virginis, quem post habitum concilium Ephesinum misit Celestino Papæ Primo. Quomodo ante Christi Natiuitatem Virgo Emerentiana Deo deuotissima, ex Ciuitate Bethleem, frequenter consueuit cum sua Genitrice, viros sanctos in Monte Carmeli visitare. Quæ licet animo suo continentia conseruare statuerit, tamen Parentum voluntate, & Diuina postmodum reuelatione, ac ordinatione, ex consilio Carmelitici Montis tunc Heremitarum Dei Oraculum consulentium, Stollauo uiro deuoto fuit matrimonio iuncta. Post hæc peperit sanctissimam Annam Dei Genitricis Mariæ Matrem, & Esineriam Matrem Helisabeth Vxoris Zachariæ Patris Ioannis Baptistæ.

Essei etiam Carmelitæ sunt censendi.

Similiter Afsidei. 1. Machab. 7. Psal. 78.

Mag. Hist.

Ioseph de Bello Iudaico lib. 1. Idem 14. lib. Antiquitatum. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in lib. de Ortu Mariæ Virginis.

Licet de Antiquitate Religionis Carmelitarum pauca reperiuntur scripta, non minus fuit pro uero ab Helia instituta. Cap. 6.



ICET in Primo Capitulo huius clarè pateat Heliam & Heliseum sanctos Dei Prophetas fuisse institutores Ordinis Fratrum Carmelitarum, tamen ad obstruendum quorundam æmulorum ora, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, hoc idem latius declarabo. Non enim desunt Helianæ siue Carmelitanæ Religionis aduersarij dicentes uerbum Aristotelis, qui uisis libris Moyfi retulisse

retulisse fertur. Ille multa dixit, sed pauca probavit, aut nulla, Nō possum credere successionem Heliae & Helisei, ac Religionis continuationem in Monte Carmeli, & in desertis Iordanis, alijsq; Terræ sanctæ locis, quia de talibus nihil scripti profers. Ad refellendas tales atque consimiles cavillationes, teor non esse silendum. Siant ergo tales, q̃ incole Montis Carmeli, & aliorum nominæ Religionis locorum fuerunt Heremitarum simplices ac pauperes, magis orare quam scribere consueti, & à Prophetis edocti. Annales verò eorundem temporum, scribebantur à literatis Regum Notarijs. Attamen Prophetæ maiores, veluti Helias (de quo habetur 2. Paral. 21. allatæ autem sunt ipsi Ioram filio Iosaphat literæ ab Helia Propheta &c.) Similiter Jonas & consimiles, plura conscripserunt quæ nō habentur apud Latinos vel etiā Græcos, immo nec multa apud Hebræos. Exempli gratia. Sacra Scriptura Primi Paral. ultimo, recitat, Gad & Nathan Prophetarum libros esse scriptos, & tamen iam nullibi habentur, nec etiā inter Iudæos. Similiter & 2. Paral. 9. libri Prophetarum Abiæ & Addo. Et 2. Paral. 12. liber Semeiæ Prophetæ. Insuper 2. Paral. 20. scripta inducuntur Iehu filij Hanani. Præterea in Epistola Apostoli Iudæ inducitur Prophetia Enoch. Talia & consimilia scriptura sacra plura recenset, quæ tamen nunc tēporis non habentur, nec apud Latinos, Græcos, vel Hebræos. Huius ratio assignari potest, quod in persecutione Regum Assyriorum, Aegypti, & Chaldæorum huiusmodi libri, lacerati, combusti, vel dispersi sunt Diuina dispensatione. Ne videlicet multitudo nimia librorum, aut tædium bonis, aut superfluum occupationem inferret. Esdras enim Scriba, qui cæteros Sacræ Scripturæ libros combustos Spiritu Dei rursus instauravit, utique & cæteros collegisset, si spiritui Dei placuisset. Acquomodo sic æmulis Carmelitarum respondendum esse arbitror, q̃ Carmelitæ in desertis Iordanis, & Carmeli, ac alijs locis habitantes, si quid scripturæ de Origine Ordinis & Antiquitate, ac ad tempora Christi cōtinuatione, & post tēpora Apostolorum habuissent, utique inter tot persecutiones, nedum Veteris Testamenti, de quibus iam dictum est, sed maxime Noui Testamenti per Tyrannorum & Saracenorum destructionem perdiderunt. A quibus sæpe etiam eorum plurimi sunt martyrio coronati. Præterea multa sunt facta antiquitus, quæ omnino non sunt conscripta, nunquid ideo facta non sunt, quia haud cōscripta consistunt? Absit. Exempli gratia. Primo Machabeorum 9. dicitur, q̃ cætera verba bellorum Iudæ & virtutum quas fecit & magnitudinis eius non sunt descripta, multa enim erant valde. Similiter Ioannis ultimo. Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundū posse capere eos, qui scribendi sunt libros. Non est ergo bona consequentia,

Continuatio

Cur nihil
scripti repe-
riatur, quod
ad Carmeli-
tarum Reli-
gionem per-
tinet de ip-
sius Origine
& Processu.

2. Paralip.

21.

1. Paral. ult.

2. Paral. 9.

Ibi. cap. 12.

Ibi. cap. 20.

Primus Machab. 9.

Io. Ultimo.

Continuatio Heliae & Helisei Religionis & successorum eorum non est conscripta, ergo non est vera, sed falsa, & excogitata. Sed verte cam & valebit. Hoc factum non est, ergo scriptura de eo falsa est. Sed proba æmulæ veritatis, continuationem Religionis Carmelitarum vsque ad tempora Christi factam non esse, & tunc concedam consequentiam tuam veram fore. Scias tamen quod plura de nostri Ordinis Antiquitate ac Continuatione scripta sunt, quæ quidem non legisti vel legere dissimulasti. Primo Iosephus Antiocenus in libro de perfecta Militia Primitiua Ecclesiæ cap. 12. Perfectorum (inquit) militum Christi Apostolorum coadiutores surrexerunt viri strenui, sanctorum Heliae & Helisei sequaces &c. Secundo Sigibertus Gemblacensis Historiographus in Chronica Hierosolymitana. Cum in sancta Pœnitentiâ Carmelitæ perseverassent à tempore Heliae & Helisei Prophetarum, tandem Christum prædicatæm audierunt, & processu temporis per Apostolos baptizati sunt. Tercio in loco est Antiquissima Chronica Romanorum, quæ Romana dicitur, in qua legitur sic. À tempore Heliae & Helisei Prophetarum Religiosi de numero eorum qui morabantur in Monte Carmeli, iuxta Ciuitatē Dominæ nostræ Nazareth secretius solebant inhabitare vsque ad tempora Saluatoris. Qui tandem prædicantibus Apostolis in fide confirmati in vno latere ipsius Montis, primo Ecclesiam in honore Virginis Mariæ construxerunt. Quarto consonant Antiquissima Carmelitarum statuta, ubi sic dicitur Primo capitulo Libri Primi. A tempore Heliae & Helisei Prophetarum, Montem Carmeli inhabitare soliti, sancti Patres tam Veteris quàm Noui testamenti in eiusdem Montis solitudine pro contemplatione cœlestium iuxta fontem Heliae in sancta pœnitentiâ sunt laudabiliter cōuersati. Quorum successores post Christi Incarnationem Ecclesiam ibidem in honore Dei Genitricis Mariæ construxerunt, atque illius titulum eligentes, deinceps sunt fratres Beatæ Mariæ Virginis de Carmelo per Apostolica Priuilegia nominati. Et hoc testimonium est de iure validum. 14. q. 2. Super prudentia. Nam in testes sunt assumendi qui eadem negotia tractauerunt. Igitur Antiquis Patribus de tali continuatione & antiquitate Ordinis credendum est. Manifestum enim est in decursu librorum Regum, & Paralipomenon, & aliorum semper fuisse Prophetas excellētes apud Hebreos, veluti fuit Azarias filius Obeth. 2. Paral. 15. Hanan. 2. Paral. 16. Micheas. 2. Paral. 18. Iahaziel filius Zachariæ filij Banayæ. 2. Paral. 20. Heliezer filius Dodan. ibidem Heliae. 2. Paral. 21. Obeth. 2. Paral. 28. Hi & plures alij notissimi ante transmigrationem Iudæ. Sub transmigratione autem Vrias Mater Ieremias 26. & Olda Prophetissa. Ezechiel in Babylone, Ieremias in Iudæa. Nunquid tales prophetæ filios id est Discipulos habuerunt? Vti-

Quæ de Antiquitate & continuatione ordinis Carmelitarum scripta reperiuntur. Iosephus Antiocenus lib. de perfecta militia. cap. 12. Sigibertus Gemblac.

2. Paral. 15.
2. Paral. 16.
Ibidem. 18.
Ibidem. 20.
Ibidem. 28.

C que.

que. Igitur de continuatione prædicta tantum dixisse sufficiat. Tempore enim transmigrationis sub Nabuchodonosor Baruch, Hieremias, & Rechabitarum translati non fuerunt, sed in Iudæa manserunt, quanquā postmodum in Aegyptū coacte confugerunt. Idem testatur de Carmelitis Ioannes 44. *Hiero. Episcopus dicens*, quod non sunt in Babylonem translati, & aliis fugientibus timore humano, Carmelitas in desertis Carmeli & Iordanis ac alijs Terræ sanctæ locis vsque ad tempora Saluatoris permanserunt. Hæc ille. Et notandum in calce huius Primi libri quod Mons Nabal est in terra Iuda, Mons autem Helix secundum Hieronymum super Isaiam, cap.

Ioan. 44. Patriarchæ Hierosol.

Hieronymus super Isai. c. 40. Nicolaus de Lyra super Isai. c. 33.

Ioan. Iannæsis.

Magister Histor. Religio quid est.

3. Reg. 18.

4. Reg. 2.

4. Reg. 4.

Macharius in sermone ad Monachos.

Matth. c. 11.

Ibidem c. 12

40. est situs inter Fœnicem & Palæstinam in Maritimis. Idem dicit Nicolaus de Lyra super Isaiam, c. 33. in Sorte Effraym & Isachar. Similiter Ioannes Iannensis in suo Catholicon idem refert. Et concordat Magister in historijs Primi Regum. 35. Et merito in Monte Carmeli per Heliam & Heliseum fundamentaliter sumpsit initium omnis Religionis perfectio. Est enim religio Mons obseruantia Regularis, quæ in Carmelo figuratur alto culmine significans sanctam clericorum Regulam. In Religione siquidem sicut in Monte Carmeli, Primo multa congregantur merita, & aperte condemnantur Idola, sicut patet 3. Regum. cap. 18. Dixit Helias. Congrega ad me vniuersum Israel idest vniuersum meritum, quo homo sit fortis ad Deum, & hoc in Monte Carmeli, ibi enim Idolorum Prophetæ sunt per Heliam Prophetam destinati ad mortem. Secundo summe contemplan-
tur superna, & à mente deferuntur vitia. Dicitur enim 4. Regum 2. cap. quod Heliseus Puerorum inclamantium deferens facinora ascendit in Montem Carmeli, & dedit se ad diuina contemplan-
da. Tercio sancta impetratur gratia, quæ à morte suscitatur anima. Habetur enim quarto lib. Regum. ca. 4. quod Mulier Sunamitis ascendit in Montem Carmeli & gratiam pro filio extincto petijt, & illius resurrectionem obtinuit. Vnde Macharius in sermone ad Monachos, qui incipit. Fratres charissimi. quanquam ad notitiam scripturarum sic dicit. Heliam & Heliseum ac filios Prophetarum quos constat veraciter Veteris Testamenti Monachos fuisse imitari curate. Melius est enim cum Helia Carmelum, & cum Heliseo ac Filijs Prophetarum Iordanis ripas frequentare, quam cum quibusdam Israeliticis Bethel, Samariam, & Bersabæ ciuitates inhabitare. Melius est cum Helia in deserto subcinericium panem accipere & vas aquæ, quam post Monachi professionem delitias desiderare carnales. Veniamus ergo ad Monachum Noui Testamenti, Ioannem scilicet Baptistam, qui propter sanctitatem & munditiam à domino vocatus est Angelus. Hic ab Angelo in spiritu & virtute Helix Dominum præcursum prædicatur, & ab ipso Domino de eo dicitur. Si vultis scire Ioannes ipse est Helias. Quorum exempla fratres charissi-

charissimi, in ordine Monastico quia sectari cœpistis debetis sollicite curare, vt ab eorum recto tramite, idest Monastica uita nullatenus recedatis. Hos sequuti sunt Paulus & Antonius, & multi huius propositi sectatores, qui idcirco laudibus extolluntur, quia à cœpto ordine nullatenus leuuntur deuiasse. Hæc ille. Et Galbinus in epistola. Mons est nomine Carmelus, in quo vetustissima Religio & sanctitas antiqua est, Helias illic per sacrificia semper Deo offerebat. Hæc ille. Et licet primo fuerit sterilis Carmelus, tamen diuinitus à tempore habitationis Heliae & suorum successorū factus est fecundissimus tam pasto quam potu, velut scribit Abbas Ioachim ad Cyrillum Abbatem. O Carmeli Mons Deo dilecte, per te Idola ruunt, Prophetæ Baal perduntur, cultus Dei neglectus restauratur, populus ad Deum colendum reuocatur, Aspirante Deo. Qui

Galbinus.

Ioachim.

viuit & regnat trinus & vnus in secula
seculorum. Amen.

Finis libri Primi.

IOANNIS PALEONYDORI.

BACTAVI, CARMELITAE,

DE ORIGINE, ET PROCESSU

ORDINIS CARMELITARVM,

LIBER SECVNDVS.

Tempore legis Gratiæ Sanctus Ioannes Baptista fuit Principalis Helie imitator, & Carmelitarum Rector. Caput I.



ACER ordo Gloriosissimæ Dei Genitricis semperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli à sanctis Prophetis Helia & Heliseo in Veteri Lege Deo dictante institutus (vt dictū est in libro primo) est laudabiliter & fructuose (Spiritu Sancto duce) à Carmelitis eorundem successoribus tempore tam veteris quàm nouæ Legis continuatus. Tunc Primus & præcipuus Carmelitarum omnium Caput Ioannes apparuit Baptista Christi Iesu. Vnde Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha 44. dicit. Religiosi filij Prophetarum Helia & Helisei successores, qui in Heremo Montis Carmeli & in solitudinibus propè fluenta Iordanis ac alijs locis Terræ sanctæ habitabant incunctanter tenebant Christum pro Redemptione Generis humani ex Virgine incarnadum, morituum, & gloriose resurrecturum, quem ex totis præcordijs desiderabant & sperabant vëturum. Quos sicut Deus per Heliam & ceteros eiusdem propositi Prophetas instruere de Aduentu Christi futuro dignatus fuit, ita etiam de præsentia Christi in mundo per eius Præcursores eos docere disposuit. Et insuper quòd dictus præcurfor ante Iesum in spiritu & virtute Helia præcederet & Monasticam vitam Heremiticam ab Helia institutam assumeret. Hoc nec Lucas Euangelista siluit, de ipso Præcurfore dicens. Puer autem crescebat & confortabatur & erat in desertis. Et Iacobus de Vitriaco in Libro Historiarum Orientis & Occidentis, cap. 53. In solitudinibus Iordanis Ioannes Baptista fugiens hominum turbas, vt liberius vacaret Deo, ab annis puerilibus delituit. Item Ambrosius ad Vercellenses, cap. 14. Cum ergo venit sacri plenitu-

Ioan. 44. Patriarcha Hierosol.

Luc. 1. Iacobus de Vitriaco libro Histo.

plenitudo temporis fuit ad dictos Monachos in deserto missus homo ille à Deo, cui nomen Ioannes erat, Monastica vitæ ab Helia institutæ cultor eximius. Et Bernardus ad fratres de Mōte Dei. Antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei est à tempore Prophetarum demonstrata. Iamque nouæ gratiæ sole exorto in Ioanne Baptista instaurata & renouata, & ab ipso Domino Iesu Christo familiarissime celebrata, & ab eius discipulis ipso præfente concupita. Consequenter Philippus Abbas Hieropolitanus super illud Ioannis. Miserunt Iudæi &c. ait sic. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannē Baptistam habitantem cum Carmelitis confratribus suis in Heremo propè fluentia Iordanis. Hæc ille. Et Ioannes 44. Patriarcha Hieros. Hic Ioannes venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine. Factum est verbum Domini super Ioannem habitantē in deserto super fluentia Iordanis, vbi Carmelitæ Filij Prophetarum manebant. Propter hoc & alij in Heremis Terræ sanctæ habitantes fuerunt tunc à sancto Ioanne eorum duce (sicut cæteri de populo) baptizati. Cum ergo voce præconis intellexissent Dei filiū præsentem esse in mundo, quem diu videre totis præcordijs cupiebant, volebant eidem inseparabiliter adherere. Hæc ille. At postquam Christi excellentiam audierant à Ioanne commendari, quidam eorū secuti sunt Iesum. De istorum numero fuit Andreas frater Symonis Petri, vt habetur Ioannis. 1. vbi sic dicitur. Stabat Ioannes & ex Discipulis eius duo, sequitur, Vnus eorū qui secutus est Iesum, erat Andreas frater Simonis Petri. Quidam vero iuxta Iordanem à sancto Heliseo cōstructo in Monasterio manserunt. De istorum numero fuerunt illi, qui à Ioanne erant missi ad Christum dicentes. Tu es qui venturus es? Isti audito quod Ioannes decollatus fuisset in carcere, tulerunt corpus eius & in sepulchro Patrum eorum Helisei & Abdiæ honorificè sepelierūt. Cum ergo ex diuersis collegijs ad diem festum in Hierusalem cōuenissent, ab Apostolis baptizati sunt, & Spiritu Sancto repleti. De quibus dicitur Actuum 2. Erāt in Hierusalem habitantes viri Religiosi &c. Tunc Beata Virgine Maria adhortante in ipsis Fidei Christianæ crepundijs in promulgatione nominis Iesu Christi, & fidei prædicatione, plantationeq; primaria, imperterritè Sanctis Apostolis ad mortē vsque collaborauerunt, totamq; crescentis Ecclesiæ fabricam cum eis genuerunt, vt habetur in Romana Chronica. Hinc Iosephus Antiocenus in speculo perfectæ Militiæ Primitiuæ Ecclesiæ c. 12. & etiam 72. dicit. Perfectorum militum Christi Apostolorum coadiutores surrexerunt viri strenuissimi solitarij, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Helia & Helisei sequaces. Qui de Monte Carmeli descendentes per Galileam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissime sparserūt.

Quique

Ambrosius
ad Vercel-
lenfes c. 14.
Bern. ad Fra-
tres de Mon-
te Dei.

Philip. Hieropolitanus
super Ioan.
primo.
Ioan. 44. Pa-
triarcha.

Ioan. 1.

Andreas A-
postolus.

Matth. 11. c.

Mar. cap. 6.

Act. cap. 2.

Iosephus
Antiocenus
lib. perfectæ
Militiæ ca.
12. & 72.

Eusebius Cæsariensis lib. 10. Ecclesiastica Hist.

Act. 13.

Sigisbertus Gemblacensis.

Philippus Abbas Hieropolitan. In laudem Carmelitarum Religionis.

Quique in Virginis Mariæ honore in Carmeli Montis decliuio fabricantes oratorium Saluatoris Matri specialissimè seruiunt. Hæc ille. Et Eusebius Cæsariensis libro 10. Ecclesiastica Historiæ commédans Sanctissimi Patris Helix germina iam à millenis circiter annis, secus decursus aquarum diuini fontis ab eodem plantata Apostolorum tempore, pro cœlestis regni spargendo semine, etiam remotos adijisse populos, & ad Antiochiam peruenisse testatur, dicens. Apud Antiochiam floridissima congregatur Ecclesia, in qua etiam fuerunt Prophetici Ordinis viri quamplurimi, cum quibus Paulus & Barnabas. Vnde Actû 13. Erât autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Item in Romana Chronica. Prædicationis Domini nostri Iesu Christi tẽpore Heremita de Monte Carmeli Hierusalem accefferunt, quorum quidam illorum anno septimo à Passione Domini vsque ad tẽpus Tyti & Vespasiani Imperatorum apud Hierusalem in porta Aurea religiose confederunt. Alij vero Beati Petri Apostoli Antiochiæ cathedrati temporibus in circûquaque Regione adiacente in diuersis locis Catholica pro fide substiterunt. Hæc ibi. Alludit his Sigisbertus Gemblacensis Monachus Ordinis Sancti Benedicti in sua Historia Hierosolymitana dicens. Cum Carmelitæ in sancta pœnitetia perseverassent à tempore Sanctorum Helix & Helisei Prophetarum tandem Christum prædicantem audierunt. Qui Religiosi fidem Catholicam confitentes in Christo baptizati sunt. Deinde perseverantes in doctrina Apostolorum habentes gratiam ad omnem plebem veritatis Euangelicæ nuntij fideles & Religionis Christianæ legitimi confessores legitime effecti sunt. Hæc ille. Et Philippus Abbas Hieropolitanus qui supra. O Carmelitarum Religio quàm magna facta es in domo Domini. Nunquid olim à modico fonte Helix Dei Prophetæ principium habuisti? Et ecce nunc in magnum fluium creuisti. Tu olim plantata in Heremo, nunc facta es ciuitas plena Populo. Tu Fundatorẽ habes adhuc in Paradiso uiuentem, & Gloriosam Virginem Mariam Reginam Cœli, Dominam Mundi, in Patronam singularem. Sicut enim olim de te processerunt Patriarchæ & Prophetæ, sic nunc de te procedunt Sacerdotes & Leuitæ, Doctores & Euangelistæ. Qui Patres & Patroni omnium Religiosorum facti sunt. Hæc ille.

Plures Carmelita utriusq; sexus Ioannis Baptista Discipuli Christi, & Apostolorum tempore, clarissime floruerunt. Cap. 2.



SA T I S est iam breuibus deductum quòd Ioannes Baptista uerus fuerit Religionis Carmeli obseruator & princeps cum Discipulo suo sancto Andrea. Nunc uerò de cæteris Discipulis eius nominatim restat declarandum. Quamuis uero Discipulorum eius paucorum nomina Euangelistæ exprimant, tamen plures eos fuisse describunt, qui Patrem suum Ioannem Carmelitâ ipsi Carmelitæ sinceriter obseruantes postea Christo, & deinceps Apostolis familiarissimè adhæserunt. Horum unus fuit Syllas comes Apostoli Pauli, de quo habetur Actuum 15. capitulo. Ipse quieuit Anno Domini 74. Iulij Die 13. Alter Martialis filius Addi, Petri Apostoli consanguineus & Sancti Stephani, Episcopus Lemonicensis, Galliæ ultima Iunij ab hoc Seculo migravit. Tertius Saturninus filius Legæ Regis Achaïæ, Episcopus Tholosanus Primus, martyrio coronatus penultima Nouembris. Quartus Fronto Episcopus Pictagoricensis, qui sanctam Marthâ sepeliuit. Ipse postquam cooperatus fuisse fratribus in constructione Ecclesiæ in honore Virginis Gloriosæ in sancto Môte Carmeli, fuit in prædicto loco suæ Natiuitatis Episcopus constitutus. Construxit igitur illic monasterium 70. secum habens Discipulos teste Vincentio in Speculo. uide ibi. Huius festum colitur octauo Kal. Nouembris, id est 25. die Octobris. Quintus Natanael Philippi Apostoli Germanus, qui & Vercissinus dictus est, Episcopus Bituricensis, in lege doctissimus. Ipse discessit mensis Nouembris die nona. Et alii Carmelitæ, Discipuli Ioannis multi, quorum nomina sunt in Libro Vitæ. Istos habuit socios sanctissimos Enoch de Amathim puer uelut alter Samuel, à Parentibus in Montē Carmeli adductus Virgo permanens. Hic Enoch prius in Montem Carmeli Fratrum Rector & Præpositus fuit constitutus. Cum uero locum suorum Fratrum circa Iordanem uisitaret, audiuit Sanctum Ioannem Christum Deum cōmendare, ubi dixit. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Tunc cum quibusdā Fratribus suis deinceps Christo iunctus est, ab eo septimus in numerum Discipulorum 72. ordinatus. Et hoc non sine misterio factū creditur. Nā primus Enoch fuit septimus ab Adam in linea Seth, translatus in Paradisum, significans septimam ætatem, in qua Beatus Enoch Carmelita beatam & hæremiticam uitā peregit. Inde post Ascensionē Christi ab Apostolis Nicopoli Episcopus ordinatus, uocatis quibusdam de fratribus, Monasterium ibi constituit. Sed tribus tantum annis illi ecclesiæ, præsidens Beato Marco adhæsit. Tandē

Syllas comes Pauli, Carmelita.

Act. 15. Martialis Episcopus Lemonicensis Carmelita.

Saturninus Episcopus Tholosanus Carmelita. Fronto Episcopus Pictagoricensis Carmelita. Vincentius in Speculo.

Enoch de Amathim Carmelita.

Io. primo.

Marcus

Philo.

Marcus ad Romam missus uisitatis Aquileia, Cypro, & Monte Carmeli professionem fecit in Aegyptum. Vnde Philo. Itaque Marcus assumpto Enoch Heremita Montis Carmeli cum Euangelio quod ipse consecerat, perrexit in Aegyptum. Vbi constructis monasteriis & fratribus religiose institutis Enoch ad Terram Sanctam post martyrium sancti Marci reuersus in Monte Carmeli contemplationi & orationibus uacans, die septima Mensis Iulii diem clausit extremum, ubi anno Domini 64. à fratribus digno cum honore traditus est sepulturæ. Nā cum in primordiis fidei pauci quidem, sed probatissimi Monachorum nomine censerentur, qui à Beato Marco, qui primus Alexandriæ præfuit, suadente Enoch Christi Discipulo, normam suscipere uiuendi eo feruore lectioni orationiq; ac operi manum diebus & noctibus incubebant, ut nec escarum quidem appetitu, uel memorianisi altero tertiove die incideret, corporis interpellante inedia. Hæc in Historia Alexandrina, & in Libro de institutis Monachorum, & in supplemento Sigisberti de Illustribus Viris. Testatur hoc idem Philo de Heremitis Terræ Sanctæ. Palæstinam (inquit) uiri qui dam spirituales inhabitant plures iam quàm quattuor millia sancti uulgariter nominati & æstimati, quoniam Dei cultores præcipui sunt. Non animalia, sed mentes suas uirtute munitas Dei offerendas esse putantes, cultu morum & conuersatione optimi, in ciuitatibus non habitant, existimantes ut contagionem aeris corporibus, sic conuersationem uulgi animo nocere, in singulis tamē ciuitatibus ex eodem collegio specialis procurator constituitur, qui eorum uestimenta cæteraq; usui necessaria tuetur. Alba semper ueste desuper induuntur, habentes illud dignum & ualde mirabile, quod non in alijs inuenies gentibus, tam Græcorum quàm Barbarorum, quod omnes illis opes in medio sunt, & ab eis omnia communiter possidentur. Hæc ille. Plura quoq; alia miranda de Carmelitis & Prophetici ordinis Viris disserit. Consonat Hieronymus in libro de Illustribus Viris, sic scribens. Philo Alexandrinus de Genere Sacerdotum in libro de Prima Marci apud Alexandriam Ecclesia, in nostrorum laudem uersatus est, non solum eos ibi, sed & in multis quoq; Prouincijs esse memorans, & eorum Habitacula dicens esse Monasteria. Ex quo apparet talem primum Christo credentium fuisse Ecclesiam, qualē nunc Monachi imitantur. Prædicti Enoch memoriam facit Sixtus Papa quartus in confirmatione indulgentiarum & gratiarum Ordinis nostri dicens. Sanctorum Helix, & Helisei, & Enoch, necnon & aliorum sanctorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli iuxta Telix fonte inhabitauerunt, successionem hæreditariam tenentes. Hæc ille. Sicut ergo Helias Religionem Carmeli Heremiticam in Veteri Testamento inchoauit, sic Ioan

Hieronymus in lib.
De Illustribus Viris.

Sixtus Papa
quartus.

nec

nes Baptista eandem circa Iordanem, & Enoch in Carmelo, & alij multi eandem obseruantes contraxerunt, & ad eius obseruantiam alios in duxerunt. De fœmineo etiam sexu in eisdē partibus Carmelitæ claruerunt. Inter istas erant illa Beatissima Maria soror Lazari & Martha. Hæ postquàm fuissent in Terra Sancta cum Gloriosissima Virgine Maria & Carmelitis Religione conuersata, uenientes in territorium Aquense eandem uitam continuarunt. Maria uero solitaria annis triginta Heremum incoluit. Martha uero duo construxit Monasteria, unum Virorum, aliud Virginum. De quo Vincentius lib. 10. Historiarum capitulo 100. Magnentia, quæ & Tecla, Virgo Romanorum Nobilissima, Hierosolymam ueniens, magnis uirtutibus & humilitate claruit Carmelita sanctissima, Helianæ Religionis obseruatric sollicita. Hæc Pauli Apostoli post Discipula Monasterium Virginum apud Antiochiam construxit. Aliud etiam Clausum eiusdem Ordinis Virorum Carmelitarum, non longe ab Antiochia in solitudine Montis Neroy, idest in Montanis Nigris. Cuius curam Euodius gesit Primus Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus. Post quem Sanctus Ignatius successor Euodij, ubi & Angelos audiuit antiphonas cantantes. De istis & alijs prædictis in Vincentio inuenies. Hæc in Antiquissimis Patrum nostrorum leguntur Chronicis. Prædicti loci, uidelicet Neroy Heremicolas, Frater Thomas de Cantiprato Ordinis Prædicatorum in libro suo Apum multum recommendat. Et quanquàm hi de utroque sexu apud Historiographos non nominentur Carmelitæ, sed Religiosi, satis tamen est eos Carmelitas fuisse, & Helianæ Religionis tam ostensionis uirtute, quàm conuersationis exemplo. Nec mirum, ex quo non erat tunc temporis Carmelitæ Religionis nomen in Europa, adeo sicut in Terra Sancta uulgatum uel cognitum. Nec tunc ut nunc fuit tanta Religiosorum status diuisio.

Maria Magdalena & Martha Carmelitæ.

Vincentius lib. 10. Historiarum cap. c. Magnentia siue Tecla Virgo Carmelita.

Euodius Primus Episcopus Antiochenus Carmelita. Ignatius Episcopus Antiochenus Carmelita. Thomas de Cantiprato lib. Apum.

Idem ostenditur fuisse statim post tempora Apostolorum.

Cap.

3.



VETITARIE multisq; modis sancti Patres in Ecclesia Primitiua Deo secretius cupientes deseruire, suis confratribus uitam & Regulam sanctissimi Patris nostri Helie in exemplum obtulerunt. Nam circa annos Domini c lxx. floruit ille Magnus Pater Helenus Episcopus Alexandrinus & Martyr prius Carmelita. Hic habitum & Religionem Carmelitici Ordinis in Monasterio apud Alexandriam dedit Protho & Iacincto & Eugeniz Virgini in habitu uirili aduenienti, postea martyrio triplici coronatis. Hæc Sanctissima

Helenus Episcopus & Martyr Carmelita. Prothus & Iacinctus Mar. & Eugenia Virgo & Martyr Carmelita.

D

Virgo

Virgo Carmelita post iuxta Nitriam Monasterium fundauit, in quo Pater eius Philippus sepultus est. Deinde aliud Romæ, teste Vincentio in Speculo Historiali lib. xij. capitulo iij. Porro circa annos Domini cxc. clarus effulsit Serapion ille Sanctissimus, ex Heremita & Anachorita Carmeliticæ Religionis, octauus Episcopus Antiochenus. Post cum Amphilon ipsi in Episcopatu successor. Hinc circa annos Domini ccl. surrexit Magnus Antonius, qui Paulû Heremitam iuxta scripta Hieronymi in deserto inuenit. De quo Dionysius Omonsenus in Vita Sancti Pachomii dicit sic. Erat per idem tempus uita Beati Antonii cunctis admiranda, qui Magni Helix & Helisei æmulator existens studio imitatus est singulari. Et Athanasius in Vita Sancti Antonii. Meminerat quoque Antonius Helix dicentis. Viuit Dominus cui asto hodie. Igitur secum reputans oportere Dei famulum ex instituto Magni Helix capere exemplum, & ad illud speculum uitam suam debere componere. Item in Collationibus Patrum cap. vj. collatione Pyramonis. Anachoritæ merito nuncupantur, qui uastos Heremi recessus penetrare non timebant, ad imitationem sancti Ioannis Baptistæ, Helix quoque & Helisei, de quibus Apostolus ita commemorat. Circueuerunt in melotis &c. Cum igitur anno à Passione Domini XLII. Titus & Vespasianus Hierosolymam uenissent Helix successores ob reuerentiam Christi honoratos muneribus illesos dimiserunt. Vnde Franciscus Petrarcha dicit. Vespasiano sub Nerone rem Hierosolymus gerenti uicinum Carmeli Montem oraculum experiendi desiderio accessit. Vnde in immensum auctus est accepto responso, quod quicquid ageret & mente concepisset & attentasset successum feliciter, quâuis arduum & laboriosum uideretur. Hæc ille. Quia igitur (secundum Hieronymum) bonum opus assidua indiget ammonitione, cernentes patres memoriam hominum esse labilem ea quæ exemplis prædicabant & uerbis scriptis commendare curabant, uelut fecerunt fructuosus Serapion, Macharij, Amos, Pyor, Isidorus, Pachomius, Pasfundius. hic inuenit sanctum Onofrium in deserto Orb, Donatus, Orisiefius, Paulus & Stephanus, Feriolus, Aurelianus, Cassianus, Cæsarius, & alij quàm multi. Qui licet ab institutione Helix fuerint primordialiter exorti, & Religionis Carmelitarum tamen uulgariter solo nomine à Carmelitis differentiam habent, quia aliarum Regularum, aut institutores aut obseruatores facti ueluti Augustinenfes, Benedictini, Paulini, Iacobitæ. Quia ergo omnis Religionis (secundum Christomum in dialogo de Dignitate sacerdotum) Helias Parens est & Origo fontalis: ideo Antonius cum alijs Patribus, & Discipulis de Religione Carmelitarum censetur, quâquam Carmeli Montem non incoluerunt.

Vincentius
lib. (2. ca.)

Serapion Episcopus
Antiochenus
Carmelita.
Magnus Antonius.
Dionysius in
Vita sancti
Pachomii.

Athanasius
in Vita sancti
Antonii.

Heb. x.

Franciscus
Petrarcha.

Omnes omnium aliarum
Regularum
cuiuscunque
Religionis
institutores
Carmelitæ
fuerunt.

Christomus in
Dialogo de
Dignitate
sacerdotum.

Iuerunt. Et quisquis Heliam in hoc non commendat, in tam sancto ger-
mine radicem fructu fraudat, & uitem propagine. Sic dicendum est de
Sæcto Fructuoso Episcopo & Martyre, qui fuit anno Domini c c x l. Hu-
ius Discipuli ac Diaconi Euagrius & Eulogius. Inuenit autem Sanctus
Antonius Paulum in Heremo, circa annos Domini c c l. de quo dixit ta-
le testimonium. Vidi Heliam, uidi Ioannem in Heremo, & uere Paulum
in Paradiso. Eusebius etiam Carmeliticæ Religionis Monachus anno
Domini c c l x. martyrium subiit. Dionysius uero Papa huius nominis
Primus, ex Monacho Religionis nostræ pro Christo martyr effectus
est c c l x. anno. Item anno Domini c c l x. Sæcta Carmelita & Soror no-
stri Ordinis Cyrilla uirgo filia (ut legitur) Decij, martyrio coronata est.

Circa annos Domini c c c x. Sæctus Pater noster Spiridon Helix Reli-
gionē magnis uirtutibus decorauit. De quo habetur in historia ecclesia-
stica lib. 10. quod Episcopus Cyprius fuit ex ordine prophetarum. Et
alibi de eo habetur, quod uitam propheticam duxit. Non quod ipse &
alij futura prædicerent, sed quod Religionis Propheticæ à Propheta He-
lia institutæ obseruatores essent, Deum orationibus & religiosis exer-
citijs laudantes. Et hoc modo Nuntij Saulis primo missi, & alij secun-
do, & reliqui tertio missi. Insuper & Saul ueniens prophetauit nudus, i.
Regum 19. id est Deum laudauit, secundum Nicolaum de Lyra.
Sancta etiam Pelagia, conuersa per sanctum Nonnum Episcopum, sub
uirili habitu uenit ad Monasterium Carmeliticæ Religionis in Monte
Oliueti, ubi studiose perseverans in hoc stupendo factō dormiuit in
Domino. Ad horum fratrum instantiam scripsit Hieronymus Primum
Librum Vitas Patrum. In hoc Monasterio floruit tempore Sancti Hiero-
nymi sanctus Adolius Tharsensis genere fratrum illorum Rector. De
prædictis sanctis inuenies largius & de sequentibus in Speculo Vin-
centij, & in Vitas Patrum.

Fructuosus
Episcopus
& Martyr
Carmelita.
Eusebius
Monachus
& Martyr
Carmelita.
Dionysius
Papa pri-
mus Martyr
Carmelita.
Cyrilla Vir-
go & Mart.
Carmelita.
Spiridon
Episcopus
Carmelita.

1. Reg. 19.

Pelagia Car-
melita.

Adolius
Tharsensis
Rector Car-
melitarum
in Monte
Oliueti.

*Idem ostenditur fuisse tempore Constantini Magni omniaq; Monasteria
Carmelitarum tum in Terra Sancta, tum etiam extra
numerantur. Cap. 4.*



CIRCA annos Domini, c c c x. ut dicunt Historiographi,
& Vincētius in Speculo, ex Constantio & Helena Constanti-
nus procreatus, multas in Christianos persecutiones exer-
cuit. Diuina igitur clementia per baptismi lauacrum à le-
pra curatus, Matrem suam Helenam ad inquirendum lignum sanctæ
Crucis hortatus est. Igitur Beatissima Helena ad Angeli monitionem

Vincentius
in Speculo.

D 2 Hieru-

Socrates Hi-
storiogra-
phus Grae-
cus.

Duas Carmeliticæ ordinis sancti moniales lignum Crucis Domini-
cæ Helenæ ostendisse scribit, quæ propter per-
secutiones in spelunca latitabant. Inde Helena plura be-
neficia Carmelitarum ordini con-
tulit.

Rufinus lib. 10. Ecclesiasticæ Historiæ. ca. 8. Maria Carmelita.

Sinectices Carmelita. Vincentius lib. 18. Historiarum. c. 9. Hieronymus in Vitis Patrum.

Matrona Carmelita. Sara Carmelita.

Eufrosina Virgo Carmelita.

Romana Carmelita. Nonna Virgo Carmelita.

Monasteria Fratrum Carmelitarum in Terra Sancta.

4. Reg. 6. Mat. 13.

Hierusalem pergens primo sepulchrum Christi (quâvis difficulter) inuenit. Sordidatum quidem, & desuper Veneris Templum ædificatû, ubi cantibus Virgines insishebât, ut in Antiquissima Chronica reperitur. Scribit autem Socrates Historiographus Græcus ipsum Domini Sepulchrum sacratissimum ab Helena inuentum esse reuelatione duarum Carmeliticæ Ordinis Sanctimonialium ob grauem præcedentem persecutionem in spelunca latitantium. Tunc palam aperto Domini monumento, & Veneris templo destructo, inuenit tres Cruces, inuenit & Titulum, ac Clauos. Hæc ille. Rufinus uero scribit, quod per Iudæa confessionem Crux Christi sit inuenta. Hinc Helena Christianissima in eodem loco scilicet Caluariæ mirificam construxit Ecclesiam, statuens ibi Monasterium Virginum secundum Carmelita æ Religionis institutum, ordinans sanctimoniale nomine Mariam, earum Matrem & Abbatissam. Admiranda autem humilitate & obsequio hæc Regina Orbis & Mater Imperij his Virginibus seruiuit, & famularum Christi se famulam deputauit. Hæc Rufinus. (Vt habetur libro. 10. Ecclesiasticæ Historiæ cap. 8. Sic Regina prudentissima fecit merita, quæ erant Virginum Christi, sua, dum in eis dilexit, quod ipsa per integritatem carnis non seruauit. Huic Mariæ successit Sinectices, de qua Vincentius lib. 18. Historiarum cap. 9. Et Hieronymus in Vitis Patrum dicit eam fuisse Abbatissam. Deinde sancta Matrona. Postquam Sara tempore Theodosij Senioris, de qua Vincentius lib. 18. cap. 9. Hæc post aliquod tempus à Beato Cyrillo Alexandrino Episcopo cum quibusdam Virginibus uocata est, ut præesset in loco Nouo iuxta Nylum fluuium, non longe ab Alexandria (Virgine Dei Genitrice Maria locum ostendente.) In hoc Monasterio fuit Eufrosina Virgo, de qua Vincentius lib. 13. Historiarum cap. 51. Post Saram præfuit Virginibus quadam nomine Romana. Tunc Virgo Sancta nomine Nonna, de qua libro 4. Vitis Patrum parte 7. cap. 2. §. narrauit Basilius. Patres uero istarum sororum in Hierusalem plures per successionem fuerunt, de quibus postea dicitur. Renouauit insuper sanctissima Mater Helena Monasterium Fratrum iuxta Portam Auream in honore sanctæ Annæ pridem fundatum. Similiter Monasterium Fratrum in Monte Syon Ordinis nostri restaurauit. Plura equidem tunc temporis Monasteria Carmelitæ habuerunt in Terra Sancta, scilicet in Bethleem. Cuius Monasterij Pater fuit sanctus Hieronymus, & cum eo Sancta Paula Vidua, & Eustochium Virgo sacratissima. In Monasterio Iordanis ab Heliseo constructo (ut patet 4. Regum 6.) Sanctus Ioannes Baptista, ut dictum est supra, fuit illorum fratrum Rector, qui & Christum in Iordane baptizauit, Discipuli eius sunt ante descripti. In Monte Effraim.

te Effraym. de quo 4. Regum 5. In Iericho. In Galgala. In Bethel. In Samaria. In Nazareth. In Bethania. In Valle Iosaphat. In Ebron. In Deserto Montis Querentena: prope fontem Helisci, ubi Christus tentatus fuit. In hoc Monasterio fuit aliquando Sancta Paula Vidua (ut patet in legenda illius.) Huius loci Heremitas Iacobus de Vitriaco in Historia Orientalium singulari laude commendat. In Heremo quæ adiacet Mari Galilææ, ubi Christus satiauit quinque millia hominum, nomen Valim à fundatore. In ciuitate Achon siue Ptolomaida Syriæ. In Tyro ciuitate Syriæ. In pede Montis Lybani, cuius planities irrigatur ex puteo aquarum uiuentium. Antè portam Ciuitatis Sareptæ Sydoniorum, ubi Helias obuiauit Viduæ. Et dicitur à Ludolpho Helix conuentus. In nobili Ciuitate Tripolitana, cuius planities irrigatur de fonte Ortorum. In solitudine Fontis Ortorum, appellatum Belli Loci, propter Loci pulchritudinem. Extra Terram Sanctam. In Cypris apud Famagustam Monasterium Beatæ Mariæ de Monte Dei, ad quos Beatus Bernardus Clareuallensis librum postea scripsit. Illud Monasterium Helena sancta construxit, repatrians à Hierosolymis uersus Byzantium. In Thebaida Ciuitate Hermopolitica, in quo Sanctissimus Pater noster Onofrius in iuuenili receptus est atate. Post accepta licentia in solitudine Montis Oreb 1 xx. latitans annis, inuentus est a Sancto Pafuntio, & co præsentè spiritum Deo tradidit. In Nicopolis Ciuitate Aegypti per sanctum Enoch Carmelitam fuit Monasterium adificatum. Porro in Monasterio circa Iordanem fuit à Priore loci nomine Ioannes receptus sanctus Zozimas, inuentor Sanctæ Mariæ Aegyptiacæ. Sed heu decorem ablatum Carmelitanæ Religionis. Qui propè hæc omnia Loca in nihilum penitus à Paganis sunt redacta.

4. Reg. 5.

Matth. 6.

Iacobus de
Vitriaco in
Historia O-
rientalium.
Ioan. 6. cap.

Monasteria
extra Terrā
Sanctam nu-
merantur.

Onofrius
Carmelita.

Sanctus Zo-
zimas in-
uentor San-
ctæ Mariæ
Aegyptiacæ

*Circa annos Domini cccxx. inter præclaros Carmelitica Religionis fuerunt
Hilarion, Basilus, & ceteri multi utriusque sexus. Cap. 5.*




MACHARIO episcopo Hierosolymitano defuncto, cuius tempore Helena Sancta Dominicam crucem inuenit, successit Sanctus Maximus x l. Patriarcha Hierosolymitanus. Istius temporibus Sanctissimæ Vitæ Patres Helianæ Religionis maximi Zelatores in diuersis Heremi locis conuersantes, totum orbem virtutibus & sanctitate illustrabant. E quibus Hilarion ad duos Menses Antonij Magni Discipulus, inde in Palaestinam veniens Heremum Carmeli & alia plura solitaria loca incoluit circa annos Domini. cccxx. Tandè in Regno Cypri post multas exercitatas & patratas virtutes diem clausit extremum

Hilarion
Carmelita.

Vincentius
in Speculo
lib. 15. cap.
19. & 45.

Basilii Car-
melita.
Amphilo-
tius Doct.
Græcus, So-
zomenus &
Socrates
Græci, Rufi-
nus & Plati-
nus Latini
Historio-
graphi.

mum anno Domini CCCLXXVII. vt testatur Vincentius in Speculo histo-
riali, lib. 15. Cap. 19. & 45. His etiã temporibus floruerunt illa magna Lu-
minaria mundi, de quibus supra copiose diximus. Inter alios autem
Carmeliticæ Religionis clarissimos Patres clarus effulgit his temporibus
nominatissimus ille & Magnus Basilii nobili genere Cappadociæ geni-
tus. Cuius vitam Discipulus eius Amphilotius Episcopus Iconiæ Do-
ctor Græcus, Sozomenus & Socrates duo Historiographi idiomate Græ-
co, Rufinus vero & Platinus Rhetor in latino interpretes seu translatore
diligenter conscripserunt. Hic Basilii vir sapientissimus & conti-
nentissimus Patriam relinquens, & Athenas veniens, ab abstinentia & casti-
tate valde decorus, vas sapientiæ Eubolum præceptorẽ græcorum adiit.
Deditq; sese adeo doctrinis, vt admirandus esset in scholis vniuersis Athe-
nensium magistris. Igitur xv. annis moram habens ibi, & omnẽ græcam
Philosophiam adeptus, nec inuenire per ipsam Creatorem omnium va-
lens anxius fluctauit. Sed paulo post nocte vigilantem eximius circum-
fulsit splendor ab extra monens & illuminans ab intra. Ob id statim Aeg-
yptum petens inuenit quendam Heremitam virum Christianissimum
atque doctissimum incolam quoddam Montis Carmeli, nomine Porphy-
rium. Hic dedit ei sacri canones libros ad legendum ad scrutandum Di-
uinæ sapientiæ arcana. Ibidem anno expleto rediens Athenas præcepto-
ri suo Eubolo Christi donauit cognitionem. Tunc pariter Hierosolymam
venientes cum magna deuotione Christianæ fidei ab Episcopo Maximo
in Iordane baptizati sunt, præsentibus Cyrillo Diacono, & Ioanne Mon-
tis Carmeli Heremitis. Et ecce dum baptizarentur fulgor ignis venit su-
per eos & columba aquam Iordanis turbans reuolauit in Cælum. Admi-
rans autem Episcopus Basilij in Deum dilectionem orans vestiuit cum
Christi resurrectionis vestimẽto, postea Eubolum. Post hæc in Carmelo
comorantes cõmuni cõsensu Antiochiã intrauerunt. Illic erat tunc Patriar-
cha nomine Miletius, à quo Basilii dignus reputatus cõsecratus est Dia-
conus. Hinc cum Eubolo intrauit Cappadociæ Regionem, nocte præte-
rita antequam venirent Cæsariam reuelatam fuerunt per visionem Euse-
bio Episcopo eorum nomina, & quia deberet Basilii ipsius fieri succes-
sor. Admirans autẽ Episcopus in Basilio pelagus profundissimæ sapien-
tiæ, vocatis quibusdam Montis Carmeli fratribus, in Monte Didimi eis
Monasterium constituit. Cum quibus Basilii omni humilitate conuer-
sando post mortem Eusebij meruit prouchi ad summum in Cæsaria Sa-
cerdotij gradum. Iste est Basilii, qui Monachorum instituta duplici
sub forma composuit. Vna est per modum Dialogi, & hanc eius confratres
Carmelitæ in Monte Didimi assumpservnt, & eundem in Patronum
eligentes



eligentes de ordine Sancti Basilij vocati sunt . Alia per modum communis ammonitionis quam Sanctus Ioannes 44. Hierosolymorum Episcopus suo libro inseruit & Carmelitis tradidit . In hac Carmelita vixerunt quousque ab Alberto compendiosam Regulam acceperunt . Prædictis etiam temporibus claruit Prior Montis Carmeli Sanctus Eutitius . Hic cōuertit Miletium Antioceum post Episcopum ad Christi fidem , & eidem Habitum & Normam Ordinis dedit . Iste etiam Sanctum Basilium in Monte Carmeli ad prophetalem institutionem acceptans sanctæ Religionis habitu inuestiuit . Circa hæc tempora Gregorius Basilij Germanus in Monte Didimi Prior ordinatus , postea Nicenus alias Emisenus fuit Episcopus . In eodem loco etiam frater Basilij Petrus cum Eubolo & Amphilotio conuersatus est . Iisdem temporibus Magnus ille Gregorius Nazanzenus Episcopus in Montanis Nigris sanctæ Carmeliticæ Religionis habitum & viuendi norma cum suo Discipulo Eutropio post Episcopo & Martyre suscepit . Echitius Discipulus Gregorij Nazanzeni & Eraclides Monachus eodem tempore sub institutione Carmelitarum fuerunt instituti . Sic & Cyrus Alexandrinus Philosophus & Medicus . Deinceps Ioannes Damascenus in Constantinopolitana Ciuitate per Carmelitas conuersus se laudabilem in eorum Religione in omnibus exhibuit . Huic Beata Virgo abscessam restituit manum . Fuerunt & tunc in sexu scēmineo plures sanctæ scēminæ in diuersis locis Ordinis nostri . Istarum vna fuit sancta Melania Vidua , xxv. annis in Monasterio Domini sepulchri cum quinquaginta virginibus Deo seruiens . Hæc Euangrium postea Carmeli Montis Monachum febricitantem curauit eum ad propositum sanctæ vitæ inducendo . Similiter & Affra per sanctū Narciscum cōuersa , quæ in igne martyrium celebrauit , in cuius sepultura Mater eius Hilaria cum tribus puellis , Digna , Eumenia , & Euprepia flāmis per infideles trucidatæ sunt apud Cretam . Illis temporibus fuit Domicilla Neptis Domiciani cum Eufrosina , & Theodora , & multis alijs in vna domo combusta . Constantia etiam filij Constantini Carmelitana institutione imbuta exemplo sanctitatis alijs præfuit . Et licet per Historiographos non scribantur fuisse Religionis Carmeliticæ , tamen temporum congruentiæ consentiunt , & Ordinis Carmelitarum Historiæ , sub institutione Carmeliticæ Religionis easdem vixisse .

S. Eutitius
Carmelita.

Gregorius
Emisenus
Episcopus
Carmelita.
Petrus Eubolus & Amphilotius
Carmelita.
Grego. Nazanzenus
Carmel.
Eutropius
Episcopus
& Martyr
Carmelita.
Echitius & Eraclides
Carmelita.
Cyrus Alexandrinus
Carmelita.
Ioannes Damascenus
Carmelita.
Melania uida.
Affra Carmelita.
Domicilla
Carmelita.
Eufrosina & Theodora
Carmelita.
Constantia.

Circa

Circa Honorij et Archadij Imperatorum tempora Ioannes 44. Patriarcha Hierosolymorum, & alij utriusque sexus Carmelitici Ordinis sanctissime viuentes clauerunt. Cap. 6.



Ioannes 44.
Patriarcha
Hieros. Car
melita.

EMPORE Honorij & Archadij Imperatorū circa annos Domini cccc. fuit quidam nominatissimus Montis Carmeli Heremita sanctæ Religiosēq; vitæ nomine Ioannes. Hic iuuenili ætate videns quā rāræ sunt veræ amicitia, fallaces amores, omniaq; esse caduca & transitoria, Pecuniā, Mundum quoque adeo contempsit, vt Heremum Montis Carmeli peteret, quo se credit à parentibus facili ter posse celari. Vbi Deo ab adolescentia seruiens, tanta emicuit humilitate, vt ipso quoque seniori Cyrillo Priori loci illius obedientia stuporem incuteret. Post hæc Cyrillo ad Patriarchatū Hierosolymorum assumpto, Ioānes eidem in Prioratū successit. Porro Cyrillus ipsum Ioan nem ad Ciuitatem Hierosolymitanam accersitū Archidiaconum suum ordinauit, & statim Monasterium Sororum Dominici Sepulchri coactus est recipere gubernādum. (Hoc enim erat officium illo in tempore Archidiaconorum) Tunc iuuenis quidam, Theonas nomine, parentum quidem imperio vinculum subiit coniugale, in quo vnus Lustrī tempore permanēs, vxoris assensu, relinquens mundum Ioannis discipulatu adhæ sit. Quippè dum ipse cum vxore sua inter cæteros Israelitas decimas suarum frugum atque primitias in Hierusalem secūdum statutum suæ deuotionis Deo offerret, Sanctus Ioannes utriusq; in Deum cor ardens perpendendo cœpit pro temporalibus ipsis spiritualia seminare. Sicq; tam vxorem quā ipsum ad contemptum terrenorum prouocauit. Deinceps Ioannes, Cyrillo defuncto, dum ad Patriarchatū Hierosolymitanum esset assumptus, Euagrius ei successit in Archidiaconatu. Euagrio autem primo Lectore per Basilium, inde Presbytero per Gregorium Nazanzenum ordinato, cum Spiritu Prophetico tunc clarus haberetur. Antioce nus Patriarcha constitutus est. Quapropter Theonas (de quo iam diximus) Archidiaconatum in Hierusalem post illum suscepit. Ad istum Theonem venit Serapion Heremita Carmelita factus, qui tanta efful sit perfectione, vt postmodum decem millium Pater in Aegypto fieret Monachorum. Hic Theonas trium linguarum peritissimus (teste Vincentio lib. 20. cap. c. 9. Histor.) fuit. Hic secundum Hieronymū xxx. annis continuis tacuisse fertur. Postea resignās Archidiaconatus officium, memor Helianæ Religionis, à Ioanne prædicto sibi declaratæ, effectus est Pater trium millium Monachorum. In Vitas Patrum lib. 1. cap. 19. Huic Rufinus in Archidiaconatu successit. Rufino vero successit Enoch. Postea

Vincentius
lib. 20. Hist.
cap. 9.

Theonas
Carmelita-
rum Pater.

49. Pa

49. Patriarcha Hierosolymitanus. De Ioanne vero prædicto habetur lib. xi. Ecclesiastica historia sic. In Hierosolymis post Cyrillum Ioannes Apostolicas reparauit sedes. Vnde Prosper Aquitanicus. Ioannes Monachus ob vitæ puritatem, & Prophetiæ gratiam quam à Deo meruit illi fstris habetur. Qui Hierosolymis primo Cyrillum Ecclesiam cœpit gubernandam. De hoc ~~Genadius in de illis~~ Genadius in de illis tribus viris ita refert. Ioānes Episcopus scripsit librum, in quo probat se non Origenis fidem, sed dogmata secutum. Ad hunc Ioannem Lucianus presbyter fuit missus. Vnde Sigibertus in Chronica Anno Domini ccccxvii. Ioannes sanctorum corpora Stephani & sociorum eius transtulit in Hierusalem. De hoc Vincentius in Speculo Histor. lib. 20. c. 7. Scripsit vero ipse Ioānes ad instantiam Fratris Caprasij Prioris Carmeli librum de Institutione Monachorum in Lege Veteri exortorum & in Noua perseverantium, sicut testatur Cyrillus Doctor Græcus. Prior ordinis nostri Generalis in Epistola ad Abbatem Ioachim tempore Innocentij Papæ Tertij. Huius libri disciplina & institutione Carmelitæ sine Paganorum insultu vixerunt, amplioribus dilatati Monasterijs vsque ad tempora Eraclij Imperatoris. Iste est Caprasius, qui postea tempora persecutionis Hæreticorum Euticianorum misit Discipulos suos ad defensionem Orthodoxæ fidei Liberatum & Felicem ad Africam, Simplicianum ad Italiam, Romanum ad Cōstantinopolitanā Urbem. Quidam vero opinantur istum Romanum Sancto Benedicto Habitum Monastichum tradidisse. Timotheum vero Caprasius misit in Monasterium Montis Neroy, vt fratres ibi contra Euticianos defenderet. Huius Timothei Discipuli fuerunt Martyrius, Ninulphus, & Simeon Antiocenus, de quo Vincentius libro 21. cap. 51. Histo. pōnit, quod à Timotheo receptus inimitabilem duxit vitam. Tādē Ioannes 44. Patriarcha Hierosolymitanus plenus sanctitate, post Paraliticorum curationem, Cæcorum illuminationem, soluens debitum viam transijt vniuersæ carnis anno Domini ccccxvii. Pridie idus Ianuarij. Huic successit in Episcopatu Vir Catholicus Iuuenalis Comes sancti Cyrilli Alexandrini in Concilio Ephesino. Huius Iuuenalis successores tres Ecclesiam Hierosolymitanam valde destituerunt, quos Dei vindicta breui tempore subtraxit è medio, & rursus Pius Dominus per Carmelitam Enoch 49. Episcopum Hierusalem restaurauit, singula reformando. Plures etiam doctissimi viri Ioannem Chrysostomum Carmelitanae Religionis institutionem habuisse affirmant, & cum ipsis in Religione fuisse conuersatum. Hic à Miletio (de quo supra diximus) Diaconatus gradum, ab Euagrio Presbyteratum suscepit. Vincentius lib. 18. histo. cap. 42. & 44. Tandem vero Episcopus Constantinopolitanus ardore solis tabefactus in exilio

Prosper A-
quitanicus.

Genadius
in de illu-
stribus Vi-
ris.
Sigibertus
i Chronica.

Vincentius
in speculo
Hist.

Cyrillus in
Epistola ad
Abbatem
Ioachim.
Caprasius
Prior Car-
melitarum.

Liberatus,
Felix, Sim-
plicianus &
Romanus &
Timotheus
eius Disci-
puli.
Martyrius,
Ninulphus
& Simeon
Discipuli
Timothei.

Ioānes Chri-
stostom. secu-
dum non-
nullos fuit
Carmelita.
Vincentius
lib. 18. c. 42.
& 44.

E Martyr

Vincentius
li. 20. c. 140.

Martyr effectus est. Ioannem autem Cassianum Discipulum suum ex Constantinopoli trussit, qui iuxta Marfilium duo Monasteria vnum Vironum, aliud sceminarum instruxit. Helianæ Religionis imitator eximius vsque in finem vitæ. Vincentius lib. 20. histor. cap. 14. & 15.

*Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus ammonitus à Beata Virgine
Monasterium Puellarum construxit, & Hereticum Nestorium
deuicit. Cap. 7.*

Cyrillus epi
scopus Alex
andrinus
Carmelita.



Arnoldus
de Villa No
ua in Episto
la ad Regē
Aragonie.
Ioan. Cassio
dorus.
Thom. Epi
scopus Nor
uicen.
Tho. Vuald.
in lib. de Sa
cramentali
bus.
Iuo in Mag.
uolumine.

TEMPOREBUS prædicti sancti Ioannis mortuo Patriarcha Alexandrino Theophilo (cuius mētio sapesit in Vitas Patrū) anno Domini ccccii. Cyrillus Heremita Mōtis Carmeli, Episcopus Alexandrinus 28. ordinatur. Vir vitæ sanctissimæ, fideiq; catholicæ fidelissimus propugnator, strenuusq; Hæreticorū debellator, fuit verò contra Timotheum (qui ad Patriarchatum aspirabat) totius populi assensu assumptus. Hic apud Alexandriam nedum claris, sed & Christianis ortus parentibus ab auunculo suo Theophilo Athenas missus ibi adeo profecit, vt in breui adipisceretur Doctoris insignia. Audiēs autem Sancti Ioannis in Hierusalem bonam famam, dum ipsius præsentia aliquandiu fruitus fuisset, iunctus fratribus Carmeli in Religione speculum dedit illis fulgentissimæ sanctitatis (teste Arnolde de Villa Noua sacre Theologiæ professore in Epistola Regi Aragoniæ missa) Idem habetur in historijs Hierosolymitanis, & in Historia Alexandrina, & in ea quæ dicitur Tripartita. Testatur idem plures aliæ Græcorum Historiæ. Similiter Ioannes Cassiodorus. Sic & Ioannes de Hisduno in explanatione illius, Datus est ei decor Carmeli. Idem dicit Thomas Episcopus Noruicensis, & Thomas Vvaldensis Anglicus contra Vvicleff Hæreticum in libro de Sacramentalibus. Dominus etiam Iuo in Magno Volumine Decretorum seu Conciliorum, ex quo Gracianus plurima sumpsit. Deinde Cyrillus sumpta licentia Prioris longa Religionis institutione exercitatus, venit Alexandriam, vbi presbyter ordinatus est. Post hoc Pontifex factus statim Renocianorum, idest, Nestorianorum Ecclesias claudens vasa earum Ecclesiarum dirumpens, Episcopum eorum Theopōpum rebus omnibus spoliavit. Iudæos quoque propter plures turbationes ab illis patratas extrussit de Alexandria pellendo. Hinc super Nylum Dei Genitricis iubente Monasterium Virginum sui ordinis collocavit (vt supra dictū est) Adeo autem illud in breui accreuit, vt in eo centum & 20. cellulæ haberentur. Claruit autem in illo Eufrasia Virgo sanctissima x1. anno vitæ suæ Velata. Quæ cum multis clarisq; virtutibus atque miraculis fulgeret 30. vitæ

Eufrasia Vir
go Carme
lica.

vita suæ anno, Tertio Idus Ianuarij, quicuit in Domino. Prima vero Mater illius monasterij fuit sancta Sara, vocata de Hierusalem (de qua sæpe fit metio in Vitas Patrum.) Circa eadem ferè tempora floruit Magnus & Diuus Pater Hieronymus alter Helias & Baptista Ioannes, institutorum eorundem maximus Amator, & Cultor, Rector Sanctimonialium in Bethleem Ordinis Heliani. Huius Sanctissimi Hieronymi defuncti & Ioannis Baptista similitudines vidit Cyrillus Alexandrinus (teste Cyrillo Hierosolymitano de Miraculis eiusdem ad Beatum Augustinum.) Paula etiam & Eustochium scemina sanctissimæ atque doctissimæ cum cæteris Virginibus ordinem Helia tunc illustrabant. Fuerunt & Discipuli Hieronymi sanctissimi multi, inter quos Epiphanius, Eusebius Cremo nicensis, & Philippus Helianæ Religionis Zelatores feruentissimi. Hic ergo Cyrillus Doctor Græcus ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmeli Alexandrinus Patriarcha ex mandato Domini Coelestini Papæ Primi (iubente Dei Genitrice) loco eius in Concilio Ephesino præfedit contra Patriarcham Constantinopolitanum Nestorium. Huius Nestorij Diaconus Anastasius nomine, Vir certè doctissimus fuit, sed non prout oportuit. Hic ad populum sermonem faciens ait. Dei Genitricem Mariam nullus dicere præsumat, quoniam Maria homo fuit; & Deum ab homine generari nimis est impossibile. Cui Nestorius consentiens idem publicè prædicauit, affirmans veritatem ita se habere. Vnde nata est magna in populo Christiano diuisio. Introduxit etiam idem Nestorius in ecclesiam Dei Pauli & Fortunati doctrinam, dicens. Ego Nestorius nunquam, qui fuit duorum mensium vel trium confitebor Deum innuens Christum tantummodo hominem esse. Cuius sententiam plures secuti Episcopi magnam fidei turbationem suscitauere. Tunc Cyrillus librum de Origine & Parentela Virginis producens in medium disputauit, Mariam ueraciter dicendam Theotecos, & ob id conceptam & natam absque quauis peccati labe. Temerarium esse asseuerans in ea aliquam unquam maculam extitisse origine uel actione. Vtraque hæc Nestorius negando & refellere conando blasphemabat. Sed à Cyrillo & Patribus Concilij obstructum est os loquentium iniqua, & uera Ecclesiæ fides in Concilio præfixa est ac determinata. Vnde Richardus Dumelenis Episcopus cap. 10. sui Libri Philobibon. Arriana (inquit) malitia totam ferè ecclipsauit Ecclesiam, Nestoriana autem debacchari præsumplit in Virginem, atque non tam nomen quàm diffinitionem Theotecos abstulisset, nisi miles inuictus Alexandrinus Monarcha Cyrillus congressus eius inanes exsufflasset. De isto Cõcilio habetur in Decretis Dist. 16. cap. Sacrosancta. Hic notatur primo Antiquitas eiusdem Conci-

Sancta Sara,
Carmelita.

Sanctus Hieronymus
Carmelita.

Cyrillus Hierosolymitanus.
Paula, & Eustochium
Carmelita.

Hæresis Anasilij.

Hæresis Nestorij.

Richardus Dumelenis
Episcopus.

Quæ colligantur ex
Concilio
Ephesino.

lij & nostri Ordinis, quo Tempore, quo Patriarchatu, cuius præsentia. Secundo, Motuum Cōgregationis, scilicet duplex blasphemia, & error, scilicet Virginem esse originali peccato cōtaminatam, & eandem nec Dei Genitricem dicendam fore. Tertio, Elucidatio Parentelæ Virginis. Quarto, Defensio & Diffinitio Concilij. Quinto, Condemnatio Nestorij, & demum cōfirmatio Tituli Ordinis nostri. Nam ex eo quòd Cyrillus tam gloriose defensus gloriā Christi, & Matris eiusdem, sancitum fuit, quòd Titulus sui Ordinis, quo dicebantur fratres Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, Ordini esset ascribendus. Tandem cum Patriarchatum xx i annis gubernasset, quinto cal. Februarij reddidit felicem spiritum Deo. Sed Nestorius ad pœnitendum exilio relegatus, nec secundum demerita rigorosè punitus, venit ad Heremum Aegypti, ibidem similiter zizaniam seminando. Post à quodam astutissimo ad populum commendatus simul & adiutus, errorem Machometi inter Agarenos suscitauerunt, & totum simul regnum eorundem peruerentes infecerunt. Adiutor deinde eiusdem Nestorij nocte ipsum iugulando sua astutia & Vulgi favore, omnium Agarenorum effectus est Rex. Demum à Porcis laceratus per fidæ adiutor finem habuit.

Merito Helianæ & Carmelitice Religionis in nouo Testamento Titulus hic ascribitur, scilicet, Fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo. Cap. 8.



IACTA occasione ex capitulo præcedenti de Concilio Ephesino Titulū nostrum Ordini Heliano ritè & iustè impositum esse probanti, videndum restat (incidentaliter quidem fateor) de huiusmodi Tituli veritate. Sicuti supra Capitulo 3. Primi Libri digessimus, Pater omnis Religionis atque Monachorum Heremitarumq; Helias extat, tamen singularis tum nomine, tum origine, Princeps Carmelitarum existit, pluribus convenientijs conformiter ad hoc se adaptantibus. Ita æque pari & simillima forma Dei Genitrix, Cœli Regina Maria omnium veracissime Christianorum vniuersalis Patrona est & Mater, peculiariter verò omnium Heremitarum, & Religiosorum, peculiarissime tamen Carmelitarum Ordinis nedum Mater & Patrona, verum & Soror vsque in hunc diem habita est. Nec ab re. Nam quicquid vnquam in Carmelo decoris & sanctitatis emicuit Venerandissimæ Dei Genitrici ascriptum vel ascribendum venit. Vide Bernardum super illo verbo Isaïæ. Datus est ei decor Carmeli. Ascriptum (inquam) quinetiam ab Helia & eiusdem successoribus illi donatum, & à sancta sede Apostolica

Maria Virgo
nedum Mater,
& Patrona,
sed etiā
soror est
Ordinis Carmelitarum.
Ist. 35.

lica ad iudicatum est. Hic notare congruum duxi. Titulum Patronatus ex varijs oriri causis atque assumi initijs. Aliquando à Fundatore Patrono actiuo, velut Cœlestini, Vvillhelmita, quandoque à Passiuo electo, vt Basiliani, Benedictini. Interdum à loco, vt Carthusienses, Cistercienses, Cluniacenses, Præmonstratenses. Aliquando ab Ecclesijs vel Ecclesiarum Patronis, quorum honore Ecclesiæ sunt fundatæ, vt ordo Dominici Sepulchri. Quædoque à Patronis, quorum honore ordines sunt instituti, vt Sanctæ Trinitatis. Pariformiter traditum tenemus à Patribus Heliam esse Patronum Ordinis Carmelitarum, tâquam eius primum institutorem & auctorem, eo quod iuxta sanctiones Patrum Ordinis nostri hanc Religionem primitus in Monte Carmeli fundauerit. De quo latius in Primo Libro superius diximus. Super hæc tradiderunt nobis seniores nostri, (veluti in eodem primo libro tactum est) Mariam Virginem futuram Christi Matrem ab Helia primo, hinc ab Helix successoribus ab illo edoctis, electam fuisse in Patronam sui, atque suorum posterum. Quod tempore gratiæ deuotè impleuerunt eorum sequaces, capellam primi fundantes in eius honorem, Vt in Libro Primo dictum est. Ad hoc autem quod sit Patrona passiuæ peculiarissime Ordinis Carmelitarum Dei Genitrix Virgo Maria, redduntur à Maioribus nostris plurimæ rationes, quarum aliquas recensendas congruum duxi. Prima propter primariam Ordinis Carmelitarum in laudem Virginis Mariæ institutionem. Nam Helias eorum Monarcha in Monte Carmeli orationi incumbens, dum septima vice de mari nubecula conscenderet, septima ætate Virgine nascituram, & Filium Dei parituram intellexit. Extunc in virginitate sua, & Helisei, ac plurium Filiorum Prophetarum ad honorem eiusdem Virginis, in Carmelo Religionem fundauit. Istud valde ad longum declarat Ioannes 44. Episcopus Hieros. Sic ergo Helias ad nascituræ Virginis & Deum parituræ honorem, primordialiter Ordinem prædictum in Mōte Carmeli locauit. Secundo pro se & suis in Patronam suæ Religionis elegit. Tertio in forem copulauit. Quarto Discipulis suis eandem desiderare, & virginitatem seruare persuasit. Qui tempore legis Gratiæ successores eorundem legitime proficientes, sunt à Beata Virgine quasi in recompensam (secundum scripturas plurium eruditorum Virorum) præsentialiter visitati, spiritualiter eruditi, fratres appellati, in aduersitatibus quoque consolati. Nam, secundum sanctissimæ Helix institutionem, fratres in noua lege eandem Virginem Mariam Dei Genitricem, sororem appellabant, in Patronam adoptabant, specialibus obsequijs deferuebāt, & in eius honore Ecclesiam construebant. Vt ergo Virgo Maria in mundo nata gauderet & honoraretur de sua propria & singulari Religione, Helias suam Religionem

Prima ratio
qua colligitur, Mariam
Ordinis Carmelitarum.
Patronam
esse.

Ioannes 44.
Episcopus
Hieros.

Secundaria-
tio idem
ostendit.

ligionem in eius honore instituit. Secunda ratio à Patribus inducitur, quæ dicitur conformitatis, scilicet Virginitatis primitiæ, quia ambo tam Helias quàm sacratissima Dei Mater permanferunt Virgines Primicerij Virginum, Helias in Veteri Testamēto, Virgo gloriosissima in Nouo Testamento, Primi virginitatem suâ Deo cōsecrauerunt. Ambo virginitatē verbo & ~~exemplis ceteros docuerunt~~.

Ioann. 44.
Episcopus
Hieros.
Tertia ratio
idem probās,
quæ colligitur
ex Epiphano.

Et spontaneâ virginaliter viuētes, finaliter Virgines permanferunt. De hoc similiter Ioannes 44. exquisitissime disputauit, propter quod cenſeo hic eſſe breuiandū. Tertia ratio propter consanguinitatem, id est, ex conformitate cognationis. Nam vt Epiphanius Episcopus Cypri dicit. Helias de nobili summi Pontificis Aaron profapia, sicut & Virgo Maria, originem traxit. Successio uero cognationis humanæ naturalem trahit amorem. Nemo enim carnem suam vnquàm odio habuit, ait Apostolus. Cæteris enim paribus, velut Patres scribunt, sanctus quisque cognatos suos scientia & uirtute alios præcellentes licitè potest, immo debet ipsos alijs præferre. Sic Saluator in Apostolos elegit cum cæteris cognatos suos Ioannem Euangelistam, & Iacobum &c. Pariformiter Virgo Maria sciens Heliam religiosissimâ uitæ fuisse, & successores suos simili modo instituisse, prætulit Religionem Helix & institutionem, tam Samueli, quàm cæteris, qui ante Heliam Religiosæ & Propheticæ Vitæ animum dederunt.

Epheſ. 5.

Marth. 4.

Quarta ratio
illud idem
ponit.

Quarta ratio, ex prædicta ortum habet, scilicet ratione hereditariæ successionis. Nam iure hereditario prædictæ cognationis Maria sacratissima nedum Carmelum, sed & cuncta Monasteria uniuersaq; Ordinis Carmeli temporalia, sicut & spiritualia, uelut naturalis Helix heredes, ritè suo nomine uendicat atque possidet. Et quia (iuxta Iustiniani Ciuiliū legum sanctionem) ubi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet, rationiq; congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. Igitur Beatissima Maria, cuius possessio est in Carmelo, iure hereditario se Carmelitarum Aduocatam, Patronam, atque Tutricem fidelissimè exhibuit.

Iustinianus.

Quinta ratio.

Quinta ratio uenit ex loco. Quipè sicut (teste Hieronymo) Rachel Bethleemitanæ ciuitatis & finium eius est Mater (iuxta Prophetiam Hieremiæ) quia iuxta Bethleem sepulta legitur. Cur non magis Patrona, quin amplius & Mater dicenda uenit Montis Carmeli Virgo Maria, & in eo habitantium, ex quo iuxta Carmelum Helix, scilicet in Nazareth, nata est atque nutrita, sua quoque dulcissima conuersatione, ac Dei & sui Filij conceptione non tam Carmelum & confinia eius illustrauerit, quàm consecrata reddiderit?

Sexta ratio.

Sexta ratio habetur ex Virginis Mariæ personali uisitatione. Ipsa enim in Noua Lege, tanquàm Magistra Religionis, schola uirtutum, ac legislatrix,

gislatrix, ut Soror & Patrona prius præiussa, & adoptata, uisitando Fratres in Monte Carmeli, in misterijs fidei, & perfectæ Religionis continuatione, ipsos instruxit, instituit, & innouauit. Nam, teste Hieronymo, Nazareth à Carmelo tribus distat miliaribus tantum. Annales enim, & Patrum nostrorum Historiæ plenæ sunt, quòd ab initio & per incrementa temporum, Carmelicolas uisitando, unicè Sincerissima Virgo Maria semper adoptauit. Nec dubium est, ob ueterem loci sanctitatem eam sæpenumero cum suis sodalibus Carmelum uisitasse. (teste Ardinchano) Erat ergo huic ordini soror, nomine Maria, quæ dum de Nazareth in Montana Carmeli condescendere statueret siue uellet, pluries dixit filio suo. Vadam & narrabo nomen tuum fratribus meis, Patris Heliæ filijs. Et quid putas Ordo Carmeli responderit? Vtiq; illius sanctissimæ Helisabeth uerbum. Vnde hoc mihi, ut ueniat Mater Domini mei ad me? Atque illud uerbum institutoris Heliæ. Mulier da mihi filium tuum. Vnde Martinus Italus. Ad eos autem qui incunte tempore superioribus ex Prophetis originem traxerant, sanctam Dei Genitricem, cū in humanis ageret, sicut Matrem ad filios, sæpenumero uenisse legimus. Ad istiusmodi etiam uiros Christum cum Discipulis quibusdam peruenisse didicimus. Hæc ille. Septima ratio est primaria Ecclesiæ à fratribus Heliæ in Monte Carmeli in Virginis honore constructio. In eo uidelicet loco, ubi didicerant eam cum sodalibus suis sæpe moram traxisse. Anno post natiuitatem Domini XLVIII. (teste Iosepho & Ardinchano) Vnde Martinus Italus. Præterea quoque Prophetarum Filij sacram ædem nomini Virginis, postquàm in cælo fuit assumpta, primi dedicasse perhibentur. Octaua ratio sumitur ex Prophetarum fidelitate Deus enim, qui mentiri non potest, quod promisit, infallibiliter impleuit. Teste enim Bernardo Doctore mellissuo. Isaias de Virgine Maria præconium proferens ait. Datus est ei decor Carmeli, igitur uti decor Conchæ est pulchritudo Margaritæ, ita æqua forma decor, nedum Carmeli, sed & cuiuslibet loci est cœtus insignium personarum talem locum inhabitantium. Nec enim propter locum gentem, sed propter gentem locum eligit Deus. Igitur ut Propheta Dei fidelis inueniretur, decor Carmeli datus est ei, scilicet cœpta in Carmelo Religio, seruata quoque diutine cum deriuatis ex eo Monasterijs innumeris insignium utriusque sexus personarum, atque sic merito Gloriosa Virgo Carmelum sibi datum cum omni decore illius uendicat sibi. Præterea Salomon in Canticis Spiritu Sancto plenus de ipsa protulit dicens. Pulchra es & decora charissima, caput tuum ut Carmelus. Quæ uerba cum sint de uniuersali Ecclesia dicta, etiam ad litteram secundum Maiores literales Expōsitorum

Hieronymus.

Ardinchanus.

Psal. 21.

Luc. 1.

Martinus Italus.

Septimaria tio.

Octaua ratio.

Bernardus. Isa. 35.

Cant. 7.

res

Abbas Ver
cellensis.

1. Reg. 15.
4. Reg. 1.
4. Reg. 2.

Ratio nona.

Obiectio cō
tra prædictā
rationem.

res & Virgo Sacratissima sit Ecclesiæ nedum membrum, sed & post ca-
put Ecclesiæ Christum Iesum maius atque præstantius liquidè patet ad
literam de ipsa scripturam illam debere intelligi. Quæ quidem uerba
Abbas Vercellensis sic elucida, dicens. Carmelus Mons est pascuosus
atque uberrimus, idcirco propter eius eminentiam, ubertatemq; , & no-
minis interpretationem, ordo in eo inceptus Seraphicus dicitur, quia
omnibus cæteris ordinibus præstantior est, de cuius plenitudine omnes
ordines alij accipiunt. Hæc ille. Quia ergo per Carmelum Virgo Ma-
ria decoratur, honoratur, & cōmendatur, dignum est, quòd in Carmelo
ei dato, habeat Carmelitas eius Titulo decoratos eam specialiter uene-
rantes. Nam Prophetiæ per facta reperiuntur. Porrò Saul in Carmelo
Mariæ dato, Fornicem triumphalem erexit Helias sacrificando Deum
uerum declarauit, Heliseus sedem sibi collocauit. Per prædictam ratio-
nem inducitur ratio nona, quæ sumitur ex ipsius Virginis Dignitate.
Quippè sicut præ omnibus creaturis, etiam angelicis in Dei præsentia
uel præuisione Virgo Maria uelut futura Mater Dei, secundum plures
magnos Theologos, est in mente Dei præhabita ac præordinata, uti pri-
ma omnium creaturarum in Dei intentione, licet pluribus creatis poste-
rior in executione. Ita omni forma & pacto, præ omnibus Ordinibus si-
ue Religionibus antiquior (& si liceret dici) sanctior Ordo siue eius Re-
ligio suo nomini debuit nedum præordinari, uerum etiam dicari, atque in
propriam atque peculiarem possessionem tribui. Decuit igitur propter
excellentiam tantæ creaturæ Dominum Deum ei attribuire antiquiorē
omnium aliarum Religionem, quæ non est alia quàm Carmelitarum, in
qua scilicet per illius Religionis professores peculiariter ueneraretur.
Pro ueneratione ergo Virginis Mariæ in Carmelo continuanda, orta est
Fratrum de Carmelo per Heliam instituta Carmelitarum Religio. Ve-
neratio enim, quæ fit in locis sanctorum, ipsis sanctis sub Deo attribui-
tur, ut de Veneratione Dedicationis, & de Consecra. Dist. 3. cap. Pro-
nunciandum. Et licet tempore Prophetarum saluandi filium Beatæ Vir-
ginis uenturum uenerati sunt, secundum Augustinum super hoc, Fra-
tres de Carmelo ipsam Matrem filij uenerantes, in Carmelo Beatæ Ma-
riæ dato, suam Religionem in ipsius honore ante eius natiuitatem ince-
perunt. Obijceret aliquis nostræ Religionis æmulus hanc rationem cas-
sando, dicens. Plures sunt Ordines Titulo Beatæ Mariæ Virginis insi-
gniti per Apostolicam Sedem eodem Titulo decorati, uelut Domino-
rum Teutonicorū, similiter Seruitarum Beatæ Mariæ. Huiusmodi cauil-
lationi si congruum sit respondere, aut dignum, nondum uidere mihi ui-
deor. Attamen ne pertinacem eius proteruiam atque ceruicem augea-
mus,

mus, tantummodo istud cum audire uelim. Ex quo Antonius, Basilius, Augustinus, Benedictus, & huiusmodi sanctissimi Viri plures, tam ad eorum uenerationem quam ad Ecclesiæ Catholicæ uniuersalem instructionem & utilitatem à Deo meruerunt habere singulares ordines, à principio suæ conuersationis usque in hunc diem, qua de causa Gloriosa Virgo ab initio usque ad illos nouellos, de quibus argumentaris, ordines non meruit peculiarem suæ uenerationis Religionem? Dic quæso, cur per tot centenos annos nullam singularem ac propriam habuerit? Vel si habuerit, dicas quæ sit? Sed reuera non inuenies, nisi Religionem Carmeli. Putas delirum Summum Pontificem, Tituli insignia approbâtem, cuius non nosset uerissimam causam? Esto contentus, & sede in domo tua. Sufficit tibi ò æmule lac comedere caprarum, cortices arborum sanctæ Scripturæ rodentium pro te, & ancillis tuis ac seruulis, sine me, ut sim tenellus & vnicus filius Matris meæ. In calce huius Capituli ratio decima addi potest, scilicet defensionis per religiosissimum atque doctissimum Carmelitam Cyrillum Patriarcham Alexandrinum (de quo dictum est Capitulo præcedenti) Sufficiat ante omnia auctoritas Summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ. Vide Bullas Ioannis XXI. similiter Clementis Sexti, & eorum Antecessorum, & Subsequentium, nunquam aliter nisi valdè raro inuenies, nisi sic, Dilectis fratribus Beatæ Mariæ Virginis. Igitur vel vnus Summorum Pontificum intelligit de Maria Aegyptiaca (fateor sancta pœnitentiaria) vel de quauis alia etiam Virgine, vel ne? Si sic, tunc cæteri nominâtes Dei Genitricem, errauerunt. Quod absit à summo Vicario Christi. Vnde Innocentius Quartus contulit omnibus Christi fidelibus contritis, Ordinem nostrum sub Titulo Beatæ Mariæ Virginis nominantibus, decem dies Indulgentiarum. Urbanus vero Sextus, Tres Annos, & totidem Quadragenas, (teste Bartholomeo Presbytero Cardinali, Titulo Sancti Marcelli) Huius testimoniu est in Conuentu Ordinis nostri Franckfordensi Prouinciæ Alemaniæ inferioris. Insuper Sibertus Archiepiscopus Colonienfis 10. dies. Et Sibertus Augustensis Episcopus 10. dies. Mater igitur & Patrona Carmeli & Carmelitarum peculiaris est Maria Virgo Dei Genitrix, & verè dicitur. Ecce Mater tua, ò Carmeli, veneranda. Et si Mater omnium multiformi ratione, peculiariter tamen Mater tua. Verbum omni acceptione dignum. Si enim Maria Mater tua est, ergo Iesus est frater tuus, ergo Pater Iesu Pater tuus, ergo Regnum eius hæreditas tua. Ecce Mater tua, cui omnis necessitas tua ascendit usque ad cor. Commota quippè fiunt eius viscera super quouis filio, fratreq; suo. Ergo dilige eam & venerare tanquam vbique præsentem, & ab hac hora accipe eam in tuam, vt illa te tandem assumat

Responso.

Ratio Decima.

Bullæ omnium summorum Pontificum Carmelitas uocant, Fratres Beatæ Mariæ Virginis. Innocentius Papa Quartus decem dies Indulgentiarum contulit ordinem Carmelitarum sub Titulo Maria Virginis nominantibus. Et Urbanus Sextus tres annos & totidem Quadragenas. Sibertus Archiepiscopus Colon. & Sibertus Episcopus Augusten. 10. dies. Adhortatio ad Carmelitas, ut Mariam in suam suscipiant.

F in

in gloriam suam. Si magnum est iuxta verbum David esse generum terreni Regis, quale hoc esse aestimas, & quanti, o homo mortalis esse & dici fratre Reginae coelestis. Ipsa nempe potius quam Hester, populum suum sibi donari indefinenter postulat. Exora eam dicens. Dic obsecro quod soror mea sis, vt bene mihi sit propter te o Maria, & viuat anima mea ob gratiam tuam. His omnibus praedictis rationibus concordat Ioannes 44. Patriarcha Hierosolymitanus qui floruit tempore Innocentij Primi. Similiter Iosephus Antiocenus, & praeclarissimus Magister Ioanes Grossi in tractatu de Origine Ordinis Carmelitarum. Sic & Philippus Abbas Hieropolitanus, super Euangelio Ioannis. Miserunt Iudaei ab Hierosolymis &c. Etiam Dominus Richardus Radulphi Primas Hiberniae Ardianus cognomento, in sermone, qui incipit. Ave Maria. His & concordat Haereticorum inuictissimus malleus Thomas Vvalden. libro de sacra mentalibus cap. 79. Et Magister Thomas Bradiey Episcopus Norwviacen. in suo libro de fundatione Carmelitarum. Et haec de Titulo dicta sufficiant. Vide frater ne viuendo male, ipsum d. ci simul perdas & esse. Viue vt nedum frater eius dici, sed & haeres sororis, & aeterna gloriae illius particeps fore merearis. Cole Deum, cole Mariam, cole Heliae vitam, & nihil tibi deerit in loco Helianae Pascuae constituto.

Ioannes 44.
Patriarcha
Hierosol.
Iosephus An
tiocenus.
Magister
Ioan. Grossi.
Philippus
Hieropolita
nus super
Ioan. 1.
Richardus
Radulphi.
Thom. Vual
den.
Thom. Bradiey.

Carmelita propter Euticianorum haereses, & Machometi, suorumq; perfidorum (Deo permittente) multa Monasteria perdidierunt, & Cappas Barratas assumpserunt, ac de Sancto Anastasio Martyre. Cap. 9.



POST QVAM Magnus & Diuus Pater Augustinus circa annos Domini cccc. ad fidem Christi conuersus, Monasterium Canonicorum Regularium instituisse, viuendo cum illis iuxta vitam Apostolorum, in eorum actibus scriptam, adunauit & alios fratres in Heremo, quibus certam conscripsit Regulam. Deinceps post haec tempora, circa annos Domini ferè cccc l x. Eurices (imperante Marciano) Presbyter & Archimandrita Constantinopolitanus, idest Abbas, dogmatizabat, Dominum Iesum non esse cōsubstantialē nobis secundum carnem, sed corpus de cœlo assumpsisse. Rursum asserēs ante adunationem in eo duas quidem fuisse naturas, sed post adunationem, vnā factam esse. Huius adiutor & defensor Haereticus Patriarcha Alexandrinus successor Cyrilli fuit Dioscorus. Ob hanc causam quarta Synodus in Chalcedonia sexcentorum & xxx. Patrum fuit cōgregata. In qua Iuuenalis Hierosolymitanus Episcopus Ecclesiae reconciliatus; hanc

Haere-

hæresim extirpans damnauit. dist. 15. & 16. Verum impius Eutices plura Monasteria tam Ordinis nostri quàm aliorum Patrum in Syria, & cæteris Prouincijs, aut omnino deuastans, vel occupando, suo prauo ac venenato dogmate subegit. Hac calamitatis tēpestare Caprasius, de quo supra, misit Discipulos suos de Monte Carmeli ad diuersa loca, ad Euticianos resistendum, & Monasteria Ordinis tuenda. Et non longè post xx. dies Mensis Octobris migrauit ad Dominum. Eodem anno Alamandrus Rex quorundam Sarracenorum, nuper ab Orthodoxis conuersus & baptizatus, dum Euticiani eundem seducere vellent, faceta eos deuicit propositione, aiens, se literas accepisse Michaelē Archangelum esse defunctum. Illis vero respondentibus hoc impossibile fore, eo quòd Angeli impassibiles extent. Respondit Rex. Qualiter ergo (vt dicitis) Christus nudus crucifixus est, nisi duæ sint atque fuissent in eo naturæ? atque sic confusus à sese reiecit. Porro Diuus atque sanctissimus Pater Benedictus post susceptum à sancto Romano Religionis habitum, circa annos Domini dxxx. Regula Monachorum composuit. Et ab illo vocati Monachi Sancti Benedicti, in Europa maximam inter omnes Religiones alias fructificationem & vtilitatem in Dei Ecclesia patrarūt. Quibus temporibus Christiana Religio plures ab infidelibus, maximè à Cosdroa Rege Persarum Tyranno, sustinuit persecutiones, Anno quippe Domini dxxxvii. Syriam intrans, Hierusalem cepit, & sequenti anno Antiochiam expugnauit. Tunc Carmelitæ pluribus hincinde Ordinis sui Monasterijs deuastatis, tantummodo in Heremis Carmeli, Iordanis, Montis Neroy, & Quarentena, ac paucis alijs solitudinibus, loca retinuerunt, multis tunc in Monasterijs nostris martyrio coronatis. Ea tempestate Anastasius, prius magus, sed ad fidem Christi conuersus, Monachorum quoque Pater in Aurea Porta Ordinis Carmelitici effectus, vocatus per Patriarcham Zachariam de Monte Carmeli, vbi habitum inderat, à Cosdroe cum cæteris captiuus Persidem ductus, & atroci martyrio vexatus, tandem cum alijs lxx. decollatus est. Sequenti die custodes carceris adinuicem dixerunt vno incipienti loqui ad alterum. Vidi canes circa corpus illius Monachi sedentes, nec tangere illud, sed custodire. Respondit alter. Et ego dum explerem vigiliam meam, vidi lucidissimam stellam, quàm videre pergens, iam non stellam, sed corpus illius Monachi repperi. His verbis à Christianis adhuc in carceribus tentis relatis ad reliquos, sacræ reliquiæ sublata sunt, ac primum in eius Monasterium Hierosolymam translata, post intra Monasterium Sancti Pauli ad Aquas Salinarum recondita sunt. Huius festum colitur x i. cal. Februarij. De quo Vincentius lib. 24. Histor. cap. 14. Deinceps anno Do-

Eutices plura Monasteria Carmelitarum in Syria & alijs Prouincijs deuastauit.

Alamandrus Rex Euticianos deuicit faceta propositione.

Tempore Cosdroe Regis plura Carmelitarum Monasteria deuastantur.

Anastasius Pater Carmelitarum in Aurea Porta, cum alijs multis martyrio coronatus est.

Vincentius in lib. 24. Hist. cap. 14.

Eraclius
Carmelita-
rū Monaste-
ria plurare
parauit.

Machome-
tus multas
Prouincias
subiecit.
Nicol. de Ly-
ra super A-
pocal. c. 18.
Hugo Flo-
riacus.

Centū qua-
draginta
millia Mo-
nachorum,
Virginū, &
Martyrum.
Cyrillus
Propheta,
Prior, & Fre-
sbyter Mon-
tis Carmeli
in lib. de ge-
stis Carmel.
cap. 7. & 8.

Cur Fratres
Carmelita-
rum Pallia
Barrata as-
sumpserint.

mini D C X X X. cum Eraclius Cosdroam Regem Persarum superasset; partemq; ligni Sanctæ Crucis cum Patriarcha Zacharia, populoq; Christiano captiuo, cum magno honore Hierosolymam reportasset, cepit ualde industriè Ecclesias ac Monasteria reparare, & illis ubiq; in ter-
ris, Regia munera elargiri. Quibus peractis ad Patriam repediauit. Tunc Carmelitæ gratias Deo referentes, atque benedicentes, antiqua sua monasteria cum mæore prius relicta, nunc rursus summa cum lætitia inhabitantes, suam Religionem magis studiosè augmentare curarunt. Successori etenim Zachariæ nomine Modesto, Ioannes Elemsynarius magna dona & munera misit ad Ecclesiarum & Monasteriorum Terræ Sanctæ reedificationem. Iisdem temporibus surrexit perfidissimus Machometus, cuius Discipulus fuit Humar Rex Arabiæ. Hic non longè post hæc tempora (teste Nicolao de Lyra super 18. cap. Apocal.) secundum Hugonem Floriacum in Chronica, totam ferè Terram Sanctam, Syriam, Fanicem, Palæstinam, Siciliam, Aphricam, Hispaniam quoque subiecit, undiq; delens Christianum nomen. In his etiam Prouincijs multi erant Religiosi Christiani in magnis Monasterijs, ducentorum, tricentorumue Monachorum, uel amplius in castitate uiuentes, quorum centum quadraginta millia æstimantur fuisse Virgines, qui per gladium Saracenorum martirizati, ad cælorum regna transierunt. Hæc Lyra. His consonat Cyrillus Propheta, Prior, & Presbyter Montis Carmeli, in libro de peculiaribus Carmelitarum ordinis gestis, 7. & 8. capitulis dicens. Dum Christianissimus Eraclius de prophano Cosdroa uictoriam obtinisset, reportata quoque Cruce Domini in Hierosolymam, ad propria redisset, Rex Arabiæ Humar cum ingenti Saracenorum multitudine totam Terram Sanctam anno Domini D C X X V I. suo dominio subiugauit. Quo tempore pauci quidem respectu anteriorum temporum, sed tamen probatissimi nostræ Carmelitæ Religionis Monachi, dimissis Urbium mansionibus, in monastica uita ab Helia instituta in Heremis Carmeli & alijs permanferunt. Attamen ipsi, sicut & cæteri Christiani, Terræ Sanctæ sub magno iugo tributorum ad tempora usque Caroli Magni steterunt, multis tribulationibus cum Sophorino Hierosolymorum Patriarcha afflicti. Saraceni autem molestè ferentes habitum nostri ordinis albi coloris, cum soli eorum Satrapæ albis uestirentur, coegerunt fratres, habitum ipsum deponere, unde Pallia Barrata assumpserunt in memoriam Pallij albi, quod ab Helia ceciderat Helisco per ignem, à quo discoloratum est effectum. Hæc Cyrillus ubi supra.

Porro tunica Domini inconfutilis anno Domini D C C. inuenta est per confessionem Symonis Iudæi, & à Patriarchis Gregorio Anthioceno,

Antioceno, Thoma Hierosolymitano, Ioanne Constantinopolitano in Hierusalem, ubi Dominica Crux adoratur, reposita.

Multorum subsidij Carmelitæ circa annos Domini DCCC. crepti fuerunt à ingo infidelium, & de Sancto Gerardo Episcopo & Martyre, ac Sancti Bertholdi natiuitate. Cap. 10.



POST hæc tempora Machometanis maximam Ecclesiæ Christi partem auferentibus, ac in totalem fidei extinctionem atque exterminium machinantibus, Constantinus Sextus totus catholicus septem prælijs eosdem de Hierusalem expellens, præualere illis non ualuit. Hinc quadam nocte uidit circa stratum suum Angelicum nescio quem iuuenem ipsum excitantem. Qui dixit. Constantinæ, exiudiui Dominus præces tuas. Mitte nunc & sume Carolum Magnum, Galliæ Regem, Dei Ecclesiæ propugnatorem, & res tuæ prosperæ euenient. Igitur illico destinauit Ioannem Hierosolymitanum Patriarcham, & Neopolitanum Episcopum Ioannem, David Hierosolymorum Archipresbyterum, & duos Hebreos Isaac & Samuelem ad Carolum legatos. Qui Lectis Legatorum literis, fufus lachrymis, cum uniuersa sua potentia profectus est. Cum autem plurima loca bellico labore in Terra Sancta cœpisset, Aaron Rex Persarum atque Saracenorum timens aduentum Caroli in Terram suam, misit eidem corporibus Sancti Cypriani & Spirati, capite quoque Sancti Panthaleonis, & pluribus alijs Reliquijs, ciuitatem Hierusalem cum tota Terra Sancta illi tradidit. In de fugatis Paganis, cum Carolus ad Galliam redire disponderet, uoluit Constantinus eum remunerare muneribus, sed ipso Carolo renuente, obtulit illi plures Reliquias Sacras, Coronam Domini spineam, unum Clauum Dominicum, Frustum Crucis Domini, & Brachium Sancti Simeonis, Sudarium Domini Iesu, Camiseam Virginis Mariæ. Sicq; ad patriam reuersus est. Hinc (teste Cyrillo Presbytero) cœpit in Monte Carmeli & alijs locis Terræ Sanctæ nostra Religio iterum ampliari. Enimvero extunc, ex Occidente Peregrini mundo renunciantes, pro contemplatione cœlestium, cum lætitia & gratiarum actione, eorundem se Fratrum contubernio tradiderunt. Verum hæc lætitia, pro dolor, breui tempore finem habuit. Mortuo enim Carolo anno Domini DCCCXV. rursus Terra Sancta post pauca tempora deuastata fuit. Et dum Carmelitæ cum cæteris Christianis essent uehementer afflictæ & attenuati annis non paucis, plures ex eis martyrio coronati sunt. Audiens igitur eorum penuriam & persecutionem Papa Leo Quartus, anno Domini

Religio Carmelitarum sub Cæstano, & Carolo Magno cœpit ampliari.

DCCC-

Plures Pon-
tifices rece-
sentur, qui
Indulgen-
tias Car-
melitis dede-
runt.

Ordo Clu-
niacensis
quando,
ubi, & à
quo.
Gerardus
Episcopus
& Martyr
Carmelita.

Martinus in
Chronica.

Petrus Præ-
monstraten-
sis.

DCCCXLVII. electus, ipsis compatiendo, dedit quasdam Indulgentias omnibus Christi fidelibus, eisdem in tanta necessitate subuenientibus, manusq; adiutrices porrigentibus, teste Sixto Quarto in confirmatione Indulgentiarum ordinis nostri. Similiter Adrianus Secundus, anno Domini DCCCLXX. Stephanus Quintus, anno Domini DCCXCIX. Gregorius VII. anno Domini DCCCIX. Plures etiam alij dederunt in simili causa Indulgentias. Ioannes x. anno Domini DCCCXX. Ioannes XI. anno Domini DCCCXL. Gregorius V. anno Domini DCCCXCIII. Sergius IIII. anno Domini MXX. Alexander II. anno Domini MLXX. Gregorius VII. anno Domini MLXXIIII. Ordo Cluniacensis institutus fuit anno Domini DCCCCXV. in Cluniaco per Odonem. Porro anno Domini MXLI. Henricus Primus Imperator subegit Vandalicos suæ uis conterminales, fortunam adorantes. Huius tempore sanctus Gerardus Heremita Carmeli, postea Antiochenus Patriarcha, Romam ueniens facere querelas Christianorum Principibus super crudelitate infidelium in Terra Sancta à Benedicto Nono honorifice susceptus est. Et effectus ab eo à latere Legatus, ab eodem ad Imperatorem Henricum destinatus est. Tunc apud Imperatorem existens, uidit in exercitu illius nobilem iuuenem militem Guidonem nomine, de Malefida Lemouicensis industrium & deuotum. Quem adeo diuinis uerbis inflammauit, ut penè cingulum militiæ deponeret, omniaq; uendere, & Carmeli Montem adire disponderet. Eodem tempore Henricus Bohemiæ Ducem Oldericum superauit. Paucis diebus inde transactis, Guido uisione nocte habita, ut ad solum natale remearet, de mane uisitans Imperatorem pro obtinenda licentia, cum eo ad Ecclesiam uenit. Tunc inuenit Beatum Gerardum solum cum uno Clerico in parte seorsum orantem. Moxq; eius pedibus aduolutus, humiliter fatetur se peccasse, eo quòd tanto fuerit tempore beneficiorum Dei immemor. Episcopus uero manum eius apprehendens, de terra ipsum eleuauit. Deinde patriam reuifere, uxorem ducere, filios quoque procreare suauis, dicens. Ostendit mihi hac nocte Omnipotens Deus duo luminaria fulgentissima, totam Orientalem Ecclesiam illustrantia de fœmore tuo procedere. Istud autem rei ueritas, postea declarauit. De ipso autem Gerardo Martinus in Chronicis meminit dicens. Huius Benedicti Noni tempore Gerardus Episcopus in Vngaria super bigam ligatus, de altissimo Monte præcipitatus, martyrio coronatus est. Et Petrus Præmonstratenfis in sua Chronica, quæ incipit, Sapientis consilium, similiter scribit. Tempore (inquit) Benedicti Noni, qui floruit anno Domini MXXX. Gerardus ordinis Carmelitarum Patriarcha Antiochenus, in Vngaria

garia super bigam ligatus, de alto iactus præcipitio martyrizatus est. Hinc Guido prædictus cum Regi Vngariæ Soloni ualde esset acceptus, Neprem Regis sumpsit in uxorem circa annos Domini M X I V. De qua post genuit duos filios Aymerum, postea Podiensem Episcopum, & Bertholdum, postmodum Primum Priorem Generalem Latinum Ordinis nostri. Qui à Patre ad studium missi Parisiense, post accepta Theologici doctoratus insignia, reuocati sunt. Ordo Vallumbrini, siue Vallis Vmbrosi exordium habuit anno Domini M L X X. per Ioannem Guilbertum, sub Regula sancti Benedicti. Grandimontensis ordo anno Domini M L X X V I. incepit sub Patre Stephano. Carthusiensis ordo sub Regula Sancti Benedicti anno Domini M L X X X I I I. ortus est. De hinc ordo Cistellensis sub Herdigo.

Bertholdus
Prior Gene-
ralis Carme-
litarum ex
Latinis Pri-
mus.
Vallumbrini
ordo quan-
do, ubi, &
à quo.

*Tempore Urbani Secundi Terra Sancta fuit recuperata, & Maria appa-
rente & protegente Christianos, Bertholdus uouit intrare
Religionem Carmelitarum. Cap. II.*



P O S T Q V A M Aymerus ab Urbano Secundo anno Domini M L X X V I I I. Podiensis Episcopus extiterat ordinatus, idem Urbanus propter Saracenos Ecclesiam Orientalem deuaſtantes, in Aluernia Galliæ, quæ Clarus Mons appellatur, Concilium Generale anno Domini M X C I I. celebravit, & aliud Thuronis pro subsidio Terræ Sanctæ. Omnibus igitur Ecclesiæ prælatis consentientibus, Aymerus Podiensis Episcopus totius militiæ Christianæ legatus præficitur. Qui assumptis secum fratre suo Bertholdo, & Petro Carmelita, magnæ Sanctitatis viro Heremita, profectus est cū Rege Franciæ Philippo, & Duce Lothoringiæ Gotfrido de Bulion, ac aliis Regibus, Principibus, Ducibus, & Nobilibus, exercitu quoque Christianorum innumerabili. Isti postquàm ventū est in Terram Sanctam, exterminatis pluribus Saracenorum locis, & castris, Antiochiam peruenerūt, & statim obsederunt. In hac erat quidam Turcarum admiratus dictus Porro. Hic fama Boemundi allectus, fœdus cum eo iniens, tradidit eidem filium suum obsidem, & tres turres. Capta tandem ciuitate Christiani Kyrieleyson alta sonantes voce, huiusmodi signo à Turcis distinguebantur. Rege autem & Domino ciuitatis fugiente, & ad terrâ Franco cōmissam perueniente, ibidem cognitus, ilico ab Armenis capite truncatus est. Tunc aliquibus Turcarum in Castrum se recipientibus, quod eminet ciuitati, tali positione loci, ut nullatenus alicuius artificii machinæ timere habeat, Corroberandus eorum Princeps, qui ad auxilium

Petrus Car-
melita.

lium Antiochiæ fuerat à Calipha perfidiæ gentis Apostolico destinatus, coagulauerat sibi innumeras ferè gentes. Damascenorum etiam Regem, & Hierosolymorum Adniraldum. Hi à Sensadolo Cassiani filio, antedictum Municipium seu Castrum recipientes, ciuitatem adeo vehementer obsederunt, ut grauissima fame opprimerentur Christiani, ita ut pauci ab humanis carnibus se continerent. In hac tribulatione Sanctus Bertholdus de Malefaida magno mærore confectus, promisit se Deo & Beatæ Mariæ Virgini iugiter in Monte Carmeli seruiturum, si Dominus respueretur plebem suam. Tunc eidem Iesus splendidam Crucem super caput gestans, cum Beatissima Matre sua, & Sancto Petro apparens, durè increpauit, Christianis beneficia collata fornicatibus atq; ingratissimis. Cūq; minaretur se vindicaturum, Sanctissima & Piissima Virgo Maria, Misericordiæ Mater, cum Beato Petro, ad pedes Domini corruit, supplicans ut iram clementia sua mitigaret. Deinde ait Dominus Bertholdo presbytero. Vade dic populo meo. Lupanar, prostibulum, & omnem à vobis abulum proiicite, & optimum præstabo vobis auxilium. Si reuersi fueritis ad me, ego quoque reuertar ad uos. Cantetur diebus quinque R. Congregati sunt inimici nostri. Eodem tempore cuidam alteri Religioso apparuit Beatus Andreas Apostolus demonstrans locum in ecclesia Sancti Petri, vbi inuenienda esset Lancea Saluatoris. Igitur non multò post, ignis in castra Turcarum de cælo descendit. Quod videntes Christiani post lanceam Domini inuentam, 36. die obsidionis contra Corberandum in prælium exierunt, dulci pluuiâ ipsis & eorum equis recreatis. Et ecce de montibus innumerabilis exercitus Cruce signatus, vexilla alba in manibus gestas descendere visus est. Cuius Duces Georgius, Demetrius, Mauricius, Mercurius, Sancti Dei Martyres æstimati sunt. Tūc Aymerus Episcopus exclamauit voce magna dicens. O fortissimi milites Christi, ecce auxilium Domini, pugnate viriliter. Igitur in conflictu diei illius ceciderunt Turcarum fortium armatorum tam peditum, quàm equitum, plusquàm centum millia, præter illos cœlesti igne consumptos, anno Domini M XCVIII. in Vigilia Apostolorum Petri, & Pauli. His visis, Adniraldus Castro præsidens, Christianus cum tricentis militibus effectus, se & castrum tradidit Boemundo. Sicq; captata pace, in die Kalendarū Augusti Aymerus Episcopus Podientis migravit ad Christum. Bertholdus autem cum Petro prænominato ab Antiochia, cum exercitu Christiano Tripolim aduenit, deinde Achon, postea Hierusalem. Quam expugnantes, octaua die Iulii anno Domini M XCI. eam cœperunt, & Gotfridum Ducem. XXVI. die Iulii Regem Hierusalem unanimiter esse statuerunt. Tunc Simeone Patriarcha Hierosolymitano in Cypris defuncto,

Arnolphus

Arnolphus Archidiaconus in festo Sancti Petri ad Vincula fuit loco eius ordinatus. Eodem tempore quidam fidelissimus Christianus, Urbis indigena, locum ostendit ubi absconderat partem ligni Sanctissimæ Crucis, habens semiulnam auro decoratam. Post hæc Rex Gotfridus, habitata de Rege Babylone victoria, & Ioppen capta, ac ciuitate Cayphan, ad radices Montis Carmeli, correptus febribus, anno Domini M C. debilitum soluit vniuersæ carnis 15. Kal. Augusti, sepultus in Golphatha. Huic Baldevinus frater eius per omnium electionem successit, sacra benedictione perunctus à successore Radolphi Damberto Patriarcha Latino, in ecclesia Beatæ Mariæ in Bethleem. Post annos xvi. Baldeuino successit in Regno eius consanguineus Baldeuinus de Burgo, anno Domini M CXX. Hoc anno exortum habuit Præmonstratensium Ordo, per Patrem Norbertum, sub Augustini Regula. Similiter Ordo Templariorum sub emolumentis Dominici Sepulchri, ut peregrinos susciperent, & deducerent in pacem.

Ordo Præmonstratensium, & Templariorum, ubi, quâdo, & à quo.

Finis Libri Secundi.

IOANNIS PALEONYDORI

BACTAVI, CARMELITAE,

DE ORIGINE, ET PROCESSV

ORDINIS CARMELITARVM,

www.libtool.com.cn

LIBER TERTIVS.

*Anno Domini MCXXI. Carmelita sub Regimine Priorum Latinorum effecti
ceperunt, quorum Bertholdus Primus fuit. Cap. I.*

Bertholdus
Carmelita.



OST Terræ Sanctæ recuperationem, Bertholdus de Malefaida, Parisiensis Doct̃or eximius, uotum quod in totius Christiani exercitus angustia uouerat Antiochiæ, fideliter impleuit. Ascendit itaque Montem Carmeli, & Religionis habitum, quem postulauit, dignè recepit. Tandem adeo inter eos profecit, ut ferè omnium eximius uirtutibus & sanctitate claresceret. Tempore autem Calixti Papæ Secundi Aymericus de Familiaco, Apostolicæ

Sedis in Terra Sancta Legatus à latere, Antiochenus Patriarcha, prædicti Bertholdi consanguineus, anno Domini MCXX. factus, anno sequenti uenit in Montem Carmeli. Fratrum autem laudabilem conuersationē attendens, & omni, qua poterat, protectione erudiens ac præmuniens, cū audiret Latinos Græcas literas ignorare, fecit in Latinum de Græco Ioānis XLIIII. volumen transferri. Et quia eorundem uniuersalis Rector ab hac uita discesserat, de omnium consensu præposuit eis insignem prædictum magistrum. Fratrem Bertholdum anno Domini MCXXI. Hunc pleriq; dicunt primum esse Ordinis Carmeli Priorem Generalem, causam huius ignorantes. Ratione cuius causas inferere congruum duxi. Dicitur autem Primus Prior Generalis, pensatis quibusdam causis. Prima, quia Primus erat, qui à Patriarcha Latino Prior fuit institutus. Secunda, quia Primus Prior Latinus. Tertia, quia Primus sub dispositione Latina ordinatus. Quarta, quia Primus nominatione Latinus Generalis Prior. Præcedentes autem nostri Ordinis Patres, quibus in castitate & paupertate obediebant, in Veteri Testamento Iudæorum modo, Prophetæ appellati sunt, & ipsi filij Prophetarum. In primitiua uero Ecclesia No-
ui Testamenti

Bertholdus
ob multas
causas dicitur
Primus
Prior Generalis
Carmelitarum.

ui Testamenti Archiphilaces, id est Rectores & Præpositi, ὡφῆσνᾰχι, & maximè Abbates, id est Patres usque ad prædicti Bertholdi Viri doctissimi atque sanctissimi tempora sunt nuncupati. Eorum autem subditi dicti sunt Heremitæ ordinis Beatæ Mariæ de Carmelo, uel Monachi Carmelitæ. Sed tempore eiusdem Bertholdi, Fratres Heremitæ Beatæ Mariæ Virginis Dei Genitricis de Carmelo uocati sunt. Nec huiusmodi accidentia nominum tam prælatorum nostri ordinis, quàm subditorum mutare ualuerunt nostræ Religionis substantiam & idempnitatem in hunc usque diem, ut supra copiosissime Libro Primo probauimus. Tali igitur modo uerisimum est Sanctum Bertholdum Primum Generalem ordinis nostri fuisse Priorem, computando Priores Latinos, per Latinum Patriarcham sub Latina dispositione ac denominatione. Nam ante eum Abbates nostri, id est patres omnes fuerunt Hebrei, uel Græci. Et hæc est summa causa, quare Historiographi Latini multos (de quibus in præcedentibus duobus libris disputauimus) Patres non scripserunt esse Ordinis nostri, id est Carmelitas, sed tantum nomine communi, scilicet Religiosos. Verum apud Hebreos & Græcos, & earundem Linguarum sciolos Latinos maior de ordine Carmelitano notitia semper fuit, propter quod etiam abscondita Ordinis nostri magis produxerunt in lucem grandia, & æmulis incredibilia scribentes atque narrantes, quorum pauca in duobus libris recitauimus. Hac inductione aliqui incij atque proterui, illum Sanctum Sabbam Abbatem Monasterij Montis Synai, ubi corpus Sanctæ Catherinæ quiescit, ab Ordine Carmelitarum secant, dicentes eum non habuisse Abbates, uerum solummodo Priores. Qui si rectè perscrutati fuerint Doctorum Græcorum antiquorum scripta, uetera Ecclesiæ concilia, Historiasq; ueterum, & huiusmodi, ipsi uiderint. Tantummodo mittant Helizæ atque Carmelo uirum Sanctum Sabbam, sed & Synai Monasterium. Sed hæc alias. Ad Generalem Latinum nostrum Priorem redeamus. De quo ausim dicere, non effectum fuisse sine Dei & Mariæ Carmelitici Ordinis heredis ordinatione speciali. Quatenus ipse Latinus, ex diuersis Latinorum regionibus fertiliorum Carmeli Religioni numerum adderet, in Europam quoque, priusquàm de Terra Sancta eradicaretur, ipsam magnæ ubertatis abundantia plantaret, lucerna non sub modio, sed palam super candelabrum Romanæ Ecclesiæ erecta. Porro Baldeuinus de Burgo, Rex Hierusalem, Monasterium in Monte Carmeli consummare curauit, ab Aymerico prius inchoatum, ut deinceps collegialiter in unum, modo Latinorum Cœnobarum, coniuerent. Nam in antea prius uixerunt sub tribus substantialibus punctis, antiquorum Heremitarum & Religiosorum more. Post Baldevinum, Fulco Flandren-

Sabbā Abbas Carmelita.

fis in Regno succēssit annis x i. Indē filius eius annis xxi iiii. Postea
 Baldevvini Germanus Almericus annis x ii. Igitur Bertholdus dum
 Ordinem xlv. annis laudabiliter rexisset, tempore Eugenij Papæ Tertij
 anno Domini m c l xvi. ætatis autem c x v. plenus operibus bonis,
 in Domino feliciter obdormiuit. Suo autem tempore multorum ani-
 mas pro Christo passorum fratrum, in diuersis Terræ Sanctæ locis, seu
 Monasterijs, corporali intuitu, in cælum deferri uidit. Clares uero di-
 uersis miraculis, obiit quarto Kalendas Aprilis, in Monte Carmeli recon-
 ditus, in Oratorio Virginis Gloriosæ Mariæ. Anno Domini m c x l i.
 Ordo Vvilhelmitarum initium habuit à Vvilhelmo milite, sub Regula
 Sancti Benedicti. In Anglia uero ordo Sempigam sub Patre Gilb rto
 anno Domini m c x lvi iiii. incepit, & habent Regulam suam. Gerar-
 dus interea Ordinis Carmeli, atque Montis Frater laicus, procurator Mo-
 nialium Ordinis nostri in Hierusalem, perpendens Christianis continuè
 periculum imminere, in subsidium peregrinorum, inchoauit nouum or-
 dinem Militantium Hospitalariorum Sancti Ioannis Baptistæ, sub Regu-
 la Sancti Augustini. Ordo Militum Teutonicorum, seu Dominorum
 Beatæ Mariæ ortum habuit tempore Clementis Tertij anno Domini m
 c lxxx iiii. sub Regula Sancti Augustini.

Ordo Vvil-
 helmitarū,
 Sempigam,
 Militantiū
 Ioannis Ba-
 ptistæ, & Mi-
 litum Teu-
 tonicorum,
 quādo, ubi,
 & à quo.

*Sanctus Brocardus recepit ab Alberto Hierosolymitano Patriarcha
 Regula ante Concilium Lateranense. Cap. 2.*

Brocardus
 Generalis
 Carmelita-
 rum.



CONSEQUENTER defuncto Bertholdo, cum Brocardus
 natione Hierosolymitanus per omnium Fratrum electionē,
 in Generalem Priorem nostri ordinis subrogatus esset, tem-
 pore Eugenij Tertij anno Domini m c l xvi. Albertus
 Patriarcha Hierosolymitanus, tunc in Ciuitate residens Aconensi, ab eo-
 dem rogatus, ex dictis & institutis Sancti Patris nostri Basilij & Ioannis
 xli iiii. Episcopi Hierosolymitani, secundum temporis qualitatem, fra-
 tribus Heremitis Beatæ Mariæ Virginis de Carmelo anno Domini m
 c lxx i. Regulam extractam & compendiosam, sua auctoritate ordina-
 ria, tradidit obseruandam. Hanc Alexander Tertius, qui fuit electus
 anno Domini m c l ix. (teste Magistro Petro Raymundi Generali,
 atque Magistro Ioanne Grosi etiam Generali) anno Domini m c lxxx.
 confirmauit. Similiter Innocentius Tertius, anno Domini m c x c ix.
 Huius Brocardi circiter tempore, contulerunt benefaciētibus Ordini no-
 stro Indulgentias. Lucius Tertius. Urbanus Tertius. Clemens Tertius.
 Innocentius Tertius. De quibus à Sixto Quarto habetur in confirmatio-
 ne nostrarum

Petrus Ray-
 mundi, &
 Io. Grosi.

ne nostrarum Indulgentiarum. Iste est Brocardus, qui toto Prioratus sui æuo, studuit amari ut facilis, timeri ut fortis, & ut prudens obseruari. Donatumq; à Deo illi extitit, ut etiam uiuens miraculis coruscus esset. Nam instar Helix mortuum suscitans iuuenem, ad ordinis susceptionem uelut alterum Ionam induxit. Interdum Albertus Patriarcha eundem Patrem deuotissimum, pro componendis treugis, ad Saladinum Syriæ & Aegypti Regem, misit in Damascum. Ibidem omnibus ad nutum imptatis, rebusq; strenuè gestis, uelut erat uir sagacis ingenij, postulatus à Mamaluco Soldani, id est, Vice principe, leproso, & manibus contractione corrosis, pro remedio opportuno perductum ad fluentia Iordanis, & baptizatum, fidelemq; Christi nominis defensorem factum duxit secum in Carmelum. Vbi in habitu & obseruantia Ordinis perseverans, migravit ad Christum. Porro idem Brocardus, ueniente lxxx. ætatis suæ anno, constitutus in Agone, ait fratribus suis. Filioli, uocauit nos Deus ad Ordinem & numerum Heremitarum suorum fidelium. Insuper appellati sumus singulariter, Fratres Beatæ Mariæ Virginis. Videte ergo ne post meum decessum, hoc nomen falsum inueniatur in uobis. Igitur perseverate constanter in bono. Odite diuitias, mundum contemnite, & uitam rectam ad Helix & Mariæ formam componite. Quibus dictis, spiritum emisit ad supera, secunda die Septembris anno Domini m cxcvii. Eodem anno Innocentius Tertius ad Papatum fuit assumptus. Audiens Patriarcha Albertus eum defunctum ait. Iam flos Carmeli decedit. Quo dicto, fleuit dicens. Iam securus est, tutus est, inter Principes Ecclesiæ sublimatus, cathalogo sanctorum inscribendus.

Regula Alberti Patriarchæ Hierosolymitani, quæ data est Fratribus Carmelitis, fuit ex Sancti Basilij & Ioannis 44. Episcopi Hierosolymitani scriptis extracta.

ALBERTVS Dei gratia Hierosolymitanæ Ecclesiæ uocatus Patriarcha, dilectis in Christo Filijs, Brocardo, & ceteris Heremitis, qui sub eius obedientia iuxta fontem, in Monte Carmeli morantur, Salutem in Domino, & Sancti Spiritus Benedictionem. Multifarie, multisq; modis sancti Patres instituerunt, qualiter quisque in quocunque Ordine fuerit, uel quemcunque modum Religiosæ uitæ elegerit, in obsequio Iesu Christi uiuere debeat, & eidem fideliter de corde puro, & bona conscientia deservire. Verum quia requiritis à nobis, ut iuxta propositum uestrum, tradamus uobis uitæ formulam, quam tenere in posterum debeatis. Illud in primis statuimus, ut unum ex uobis habeatis Priorem, qui ex unanimi omnium assensu, uel maioris & sanioris partis ad hoc officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promissam studeat operis

Regula, quæ
Carmelitis
obseruanda
tradita est.

Primum Pre-
ceptum.

- Secundum.** ris ueritate seruare. Præterea iuxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli uestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum, uel sanioris partis, ædem cellula cuiq; fuerint assignata. Nec liceat alicui Fratrum, nisi de licentia Prioris, qui pro tempore fuerit, deputatum sibi locum mutare, uel ~~cum alio permutare.~~ Cellula Prioris sit iuxta introitum loci, ut uenientibus ad eundem locum primus occurrat, & de arbitrio & dispositione ipsius, postmodum quæ agenda sunt, cuncta procedant. Maneant singuli in cellulis suis, uel iuxta eas, die ac nocte in lege Domini meditantes, & orationibus suis uigilantes, nisi alijs iustis occasionibus occupentur. Hi qui literas nouerunt, & legere psalmos, per singulas horas eos dicant, qui ex institutione sanctorum Patrum, & Ecclesiæ approbata consuetudine ad horas singulas sunt deputati. Qui uero literas non nouerunt, xxv. uicibus dicant Pater Noster in Nocturnis Vigilijs, exceptis Dominicis & solēnibus diebus, in quorum Vigilijs prædictum numerum statuimus duplicari, ut dicatur Pater Noster uicibus 50. Septies autem eadem dicatur oratio in laudibus Matutinis. In alijs quoque Horis septies, similiter eadem sigillatim dicatur oratio præter officia Vespertina, in quibus ipsam quindecies dicere debeatis. Nullus fratrum sibi dicat aliquid esse proprium, sed sint uobis omnia communia. Et ex his, quæ uobis Dominus dederit, distribuatur unicuique per manum Prioris, id est, per hominem ab eo ad idem officium deputatum, prout unicuique opus fuerit, inspectis ætatibus & necessitatibus singulorum. Ita tamen ut sicut præmissum est, in deputatis cellulis singuli maneant, & ex his, quæ sibi distributa fuerint, singulariter uiuant. Oratorium prout commodius fieri poterit, construatur in medio cellularum, ubi mane per singulos dies ad audienda Missarum solēnia, conuenire debeatis, ubi hoc commodè fieri poterit. Dominicis quoque diebus, uel alijs, ubi opus fuerit, de custodia Ordinis tractetis, ubi etiam excessus & culpæ Fratrum, si qui de aliquo deprehensi fuerint, Charitate media corrigantur. Ieiunium singulis diebus, exceptis Dominicis, obseruetis à festo Exaltationis Sanctæ Crucis usque ad diem Dominicæ Resurrectionis, nisi infirmitas uel debilitas corporis, aut alia iusta causa ieiunium solui studeat, quia necessitas non habet legem. Ab esu carniū semper abstineatis, nisi pro infirmitatis aut nimis debilitatis remedio sint sumendæ. Quia uerò Militia est Vita hominis, & Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo persecutionem patiuntur. Aduersarius quoque uester Diabolus, tanquā Leo rugiens circuit quærens quem deuoret, omni sollicitudine studeatis indui armatura Dei, ut possitis stare aduersus insidias inimici. Accingendi sunt lumbi uestri
- Septimum.**
- Octauum.**
- Nonum.**
- Decimum.**
- Vndecimū.**
- Duodecimū.**
- Job. 7.**
- 2. Tim. 3.**
- 1. Pet. 5.**
- Ephe. 6.**
- Luc. 12.**

uestri cingulo castitatis. Muniendum est pectus cogitationibus sanctis. scriptum est enim. Cogitatio sancta seruabit te. Induenda est lorica iustitiæ, ut Dominum Deum uestrum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota uirtute diligatis, & proximum uestrum tanquam uosmetipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei, in quo possitis etiam tela nequissimi ignea extinguere. Sine fide enim, impossibile est placere Deo. Et hæc est uictoria, quæ uincit mundum, fides uestra. Galea quoque salutis imponenda est capiti, ut de solo Salvatore speretis salutem, qui saluum facit populum suum à peccatis eorum. Gladius autem Spiritus, quod est uerbum Dei, abundanter habitet in ore, & in cordibus uestris. Et quæcunque uobis agenda sunt, in uerbo Domini fiant. Faciendum est uobis aliquid operis, ut semper uos Diabolus inueniat occupatos, ne ex ociositate uestra aliquem intrandi aditum ad animas uestras ualeat inuenire. Habetis ad hoc Beati Pauli Apostoli magisterium pariter & exemplum, in cuius ore Christus loquebatur. Qui positus est & datus à Deo Prædicator & Doctör gentium in fide & ueritate, quem si sequuti fueritis non poteritis aberrare. In labore (inquit) & fagatione fuimus inter uos nocte ac die operantes, ne quem uestrum graueremus. Non quasi nos non habeamus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam cum essemus apud uos, hæc denunciabamus uobis, quoniam si quis non uult operari, non manducet. Audiuius enim inter uos quosdam ambulantes in quiete, nihil operantes. His autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent. Hæc uia sancta & bona, ambulate in ea. Commendat uobis Apostolus silentium, cum in eo præcipit operandum. Et quemadmodum Propheta testatur, Cultus iustitiæ silentium est. Et rursum. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Ideoq; statuius, ut ab hora Vespertina usque in horam Tertiam sequentis diei, silentium teneatis, nisi forte necessitas, uel causa rationabilis, aut licentia Prioris silentium interrumpat. Alio uero tempore, licet silentij non habeatur obseruatio tanta, diligentius tamen à multiloquio caueatur. Quoniam scriptum est, & non minus experientia docet, In multiloquio peccatum non deerit, & qui inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. Item, qui multis uirtutibus, lædit animam suam. Et Dominus in Euangelio. De omni uerbo ocioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Faciat ergo unusquisq; statim uerbis suis, & frenos rectos ori suo, ne forte labatur & cadat in linguam suam, & insanabilis sit casus eius ad mortem. Custodiens cum propheta uias suas, non delinquat in lingua sua. Et silentium, in quo cultus iustitiæ,

Eph. 6.
Mat. 22. &
Mar. 12.
Eph. 6.
Heb. 11.
1. Ioan. 5.
Eph. 6.
Matt. 1.
Eph. 6.
Gal. 3.

1. Timot. 2.

2. Thes. 3.

Isa. 32.
Isa. 30.
Tertium Decimum.

Prou. 10.
Prou. 12.
Eccl. 20.
Matt. 12.
Eccl. 28.

Quartus Decimum.

Matt. 20.

Luc. 9.

tiæ est, diligenter & caute studeat obseruare. Tu autem Brocard, & quicumque post te institutus fuerit Prior, illud semper habeatis in mente, & seruetis in opere, quod Dominus ait in Euangelio. Quicumque voluerit inter vos maior esse frater, erit vester minister, & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Vos quoque, cæteri fratres, Priorem vestrum humiliter honorate, Christum potius cogitantes quàm ipsum, qui posuit illum super capita vestra. Et Ecclesiarum Præpositis ait. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Vt non veniatis in iudicium de contemptu, sed de obediētia mereamini Vitæ æternæ mercedem. Hic breuiter scripsimus vobis conuersationis vestræ formulā, statuentes, secundum quam viuere debeatis. Si quis autem supererogauerit, ipse Dominus cum redierit, reddet ei. Vtatur tamen in omnibus discretionē, quæ virtutum est moderatrix. Ex Athon Idus Ianuarii anno Domini M C LXXI.

De Natiuitate, & Martyrio Sancti Angeli. Cap. 3.

Angelus,
Ioannes, Pe-
trus, E-
noch, Io-
seph, Cyril-
lus, & Euse-
bius Carme-
litæ.
Historiam
Sancti An-
geli profe-
quitur.



FORVERVNT prædicti Brocardi temporibus Prælati nostri Ordinis viri, Angelus Martyr, Ioannes eius Germanus Episcopus Hierosolymitanus, Petrus Episcopus Bethel, Enoch Hierosolymitanus Anachorita & Heremita, Ioseph Præsul Emaus, & Cyrillus Presbyter, ac Doctor Græcus Propheta, cum Eusebio suo socio. Sed nunc de Angelo nostro, secundum ordinem rei, prosequamur. Igitur Sanctus Angelus de Christi tribu (Maria Virgine nunciante) secundum carnem extitit progenitus. Cuius Patri Iesse, & Mariæ Matri, in Hierusalem sub tributo mansionem habentibus, Virgo Maria apparuit dicens. Messiam verum Dei filium, de quo dubitatis, Mundo genui. Monéo igitur, vt Baptismi lauachrum suscipiatis, & tunc duos gemellos procreabitis. Vnum Angelum nominabitis, Christi futurum martyrem, alterum, Ioannem, qui gratia Dei plenus erit. His ergo à Nycodemio Episcopo baptizatis, eorum exemplo cxxx. Iudæi fidem Christi susceperunt. Post hoc eodem Nycodemio Episcopo filiis commendatis, parentibusq; vna hora animas Deo reddentibus, dum adoleuissent, monitis Nycodemii in Cōuentu Carmelitarum in Aurea Porta in domo Sanctæ Annæ nominata, Religionis habitum susceperere. Postea à Nycodemio ad eorum instantiam missi sunt ad Montis Carmeli Priorem, ut in illius manibus professionis votum emitterent, Hinc diuersis clauere miraculis. Primo more Sancti Patris nostri Helisei, ferrum quod de manubrio in torrentē Cydon ceciderat, orationibus supernatare fecerunt. Secundo diuisis aquis

Aluc

4. Reg. 6.

Aluei, siccis pedibus abierunt. Interea xxv. eorum ætatis anno Hierosolymam missi, & sacerdotali dignitate insigniti, ab Onofrio Nicodemi successore, latè suscepti sunt. Post hæc Angelus obtenta licentia, Heremum petiit, & quinquennio Anachorita permanens, arctissimam vitam duxit. Tunc accepta à Deo *Legatione* in Regnum Siciliæ pergens, ibi verbum erogaret, venit Hierusalem. Repperit autem Fratrem suum Ioannem defuncti Onofrii successorem. Ad eius igitur prædicationem lxxx. Iudæorum colla sua veræ Fidei Christianæ subiugarunt. Hinc assumptis fratribus Ordinis, Petro de conuentu Bethleem, Ioseph de conuentu Emaus, & Nycodemo de conuentu Hierusalem uersus Siciliam nauigauit. Et cum iam ferè appropinquassent, trieres quatuor Barbarorum, seu Piratarum ipsos inuadunt. Qui dum quosdam percuterent, alios verò mutilarent, orationibus Sancti Angeli liberati sunt, fulmine è cælo super Barbaros misso. Quo maiori parte Barbarorum absumpta, & cæteris caritate percussis, fidem recipientibus, & à sancto Viro baptizatis, & uisu recepto, ac illuminatis, prospero vento ad Messanam uenere Ciuitatem. Ibi mutò à natiuitate, à Domino Deo suis precibus linguæ vsum obtinuit. Pluribus autem diebus inibi verbum Dei seminans, Romam adiit, vbi dum Sanctissimis viris Dominico atque Francisco obuiafset, ait Seraphicus Franciscus. Ecce Dominice Angelum Hierosolymitanum, verè Angelicum virum Martyrem Christi mox futurum. Hæc dicens, vt erat summæ humilitatis, Angeli osculabatur pedes. Quem Angelus humanè repellens, Salue (ait) humilitatis exemplar, qui singulari gratia corporaliter Christi stigmata portabis. Sanctissimus verò Pater Dominicus eorumdem sermonibus suspensus, admodum admirabatur, dicens Amen. Deinceps visitatis Apostolorum Reliquiis, Angelus ad Leocatum Siciliæ perueniens, incestuosum Beringarium, qui cum sore propterea multis annis turpiter vixerat, primo secreta, deinde publicè increpauit. Sed dum sore conuersa ad pœnitentiam, ipse in malitia perseuerasset, sancto viro mortem minabatur. Factum est igitur, dum Sanctus Angelus prima die Maii, iuxta Ecclesiam Apostolorum Philippi & Iacobi prædicaret, quinque millibus ferè hominum, adeo vulneratur à Beringarii complicibus, vt sanguis copiosè de cerebro, quasi Alueus, efflueret. Superuiuens tamen vsque ad quintâ Maii diem, populum docens & miraculis clarus, iuit ad Christum, pro terrenis cœlestia, pro caducis æterna commutans. Huius sacrum corpus sanctæ memoriæ Pater Magister Generalis, Ioannes Soreth à Calisto Tertio Pontifice Maximo in Dominium Ordinis acquisiuit, cum Ecclesia Apostolorum Philippi & Iacobi, quæ tantum thesaurum vsque tunc possedit.

Miracula
Sancti An-
geli.

Quæ de san-
cto Angelo
D. Francis-
cus, D. Do-
minico indi-
cauit, siue
prædixit.

*De sancto Cyrillo Doctore Græco, & Presbytero, cuius
Vita explicatur. Cap. 4.*

Cyrillus Cō
stātinopoli
tanus Do-
ctor, Carme
lita.



PRAEDICTVS Cyrillus Conſtātinopolim claris ortus parenti
bus, omnibus diuinarum humanarumque literis eruditus,
dum audiſſet Soldanum Iconij ſacros Chriſtianæ Religionis
libros optare, ſumptis codicibus, quorum lectione eius ani
mum facilius extimauit imbuendum, Iconium uenit. Igitur in breui
adeo ipſum monendo perſuadendoque perorauit, ut Cathecuminum fa
ctum, in Paſchali ſolennitate Baptiſmi lauacro intinctum, in Chri
ſto generaret. Interea Cyrillum cogeſcit Emanuelis Imperatoris Con
ſtantinopolitani ad Alexandrum Tertium Romanæ urbis Pontificem
Legatio, pro Imperio Romano ante diuiſo, in unum corpus redigen
do. Miſi ſunt ſimul cum Cyrillo Oratores, qui magna pollicerentur, ſi
Pontifex in ſententiam eius deſcenderet. Quibus reſpondit Pontifex,
non eſſe facile in unum iungere quod prædeceſſores ſui de induſtria diſ
iunxiſſent. Cum uero Soldani deſiderium ex Beati Cyrilli relatione co
gnouiſſet, ſcripſit illi dicens. Alexander Epiſcopus Seruus Seruorū Dei,
Soldano Iconij ſalutem. Veritatem agnoſcere, & agnitā cuſtodire. &c.
His literis acceptis, & Legatione fideliter peracta, Cyrillus rediit Con
ſtantinopolim. Poſt hæc inter Cyrillum & Conſtantinopolitanum
Patriarcham reſuſcitata de Spiritu ſancti miſſione controuerſia, à Græ
cis iniurijs uincere cupientibus, quod ratione non poterant, Cyrillus de
Conſtantinopoli exturbatus ceſſit malitiæ. Reuoluit enim animo in u
nam catholicam ſententiam, Græcos & Latinos uix poſſe conuenire, cū
cerneret Græcorum codices ſciſmaticorum aſtutia uitiatos, ac ſtatuit
eos ex toto deſerere. Cum ergo talia animo reuolueret, ſequenti nocte
quædam venerabilis ætatis ac Luminis Imago Virginea ipſum alloqui
tur, ut ei uidebatur, inquit, Noli trepidare ſi errores cupis effugere
Græcorum, eoſque à te procul abijcere, atque tibi laborare, uitam in
Heremo Montis Carmeli demonſtrandam aſſume. Nam in ipſa ſaluabe
ris. His audijs Cyrillus reſpondit. O Domina Virgo Maria gaude, tu ſo
la cunctas Hæreſes interemiſti in uniuerſo mūdo. Tu mihi Conſolatrix
ac Magiſtra. Incalcātū publice callem me figere oportet pedem, & alio
ra ſperantem pauciſſimorum ſignatum ueſtigijs iter arripere. Igitur Cy
rillus omnia temporalia pauperibus diſtribuens, ſecularia quoque ſecu
lo relinquens, uerſus Syriam nauigauit. Tandem ad ſanctam Terram
deuenit, & in Hieruſalem (Deo ordinante) prædictum Brocardum
obiuium habuit. Qui Cyrillo Græco & Philoſophico collobio induto,
dixit.

Maria Virgo
Cyrillum al
loquitur.

dixit. Salue vir bone. Quid habes negotii? Gaudius Cyrillus, Græcam Atticamque linguam audiens, respondit. Nihil negotii habeo nisi prompta uoluntate Deo me totum offerre. Quapropter Brocardus sibi talem Doctorem diuinitus missum existimans, ipso in Montem Carmeli secum sumpto, ait. Ex hoc Monte omnis Religio primordialiter effluxit. Qui cæteris cuiuscunque habitus formam uiuendi præstitit normam, statuta, & Regulam, ac omnia, quæ à quocunque institutore noscuntur approbata. In hoc sancto Monte semper Benignissima Dei Genitrix Virgo Maria, traditur à Patribus, frequenter cum sodalibus fuisse, & Heremitas tunc hic degentes, fratres suos appellasse. Cum uero Cyrillus corporalem captasset requiem, apparuit illi Sacratissima Virgo Maria, dicens. Hic tutus eris. Altera die sacri Ordinis habitu inuestitus à Brocardo, quotidie de Scripturis Sacris, & uita Sanctorum Prophetarum Heliae, & Helisei, ac eorumdem Successorum inuicem colloquebatur. Deinceps puro corde & humilitate Cyrillus Deo inhærens, Diuina tum Gratia, tum Reuelatione dignus habitus est. Nam alicuius temporis intervallo uidit per quandam noctem Virum aspectu eximium uenerandum, iuxta se stantem, capite insulatum, & dicentem. Ne timeas Cyrille, sum enim Basilius, quondam Montis Carmeli Heremita, Cæsariensium Pastor, ueniens hæc tibi denunciare à Deo, quatenus in Armeniam perges, Verbum Dei illic prædices, & Lucernam Christi accendas. Qua uisione Priori manifestata, de illius licentia, cum Fratre Eusebio in Armenia Dei semen spargens, Deo cooperante, sequentibus signis totam Armeniam ad fidem Christi conuertit. Extunc suasionem Cyrillū Rex Armenię cum omnibus Episcopis, & subditis suis anno Domini M C L X X X I. Lucio Tertio Papæ se subiecit. Hinc Cyrillus post x. annos ex Armenia ad Montem Carmeli reuersus, Angelico tum aspectu, tum affatu, crebrisque Diuinis reuelationibus consolationem habuit. In ueneranda enim commemoratione sancti Hilarionis Heremite Carmelitice Religionis Missarum solennia celebranti, Angelus Virginei aspectus in nebula sibi apparuit, Virgam liliatam habens in manu, & duas Tabulas argenteas, Græcis litteris inscriptas, & dixit. Has Tabulas misit tibi Omnipotens Deus, tanquā familiari amico. In his erat scriptum quoddam Compendium, undecim capitulis distinctum, quod Abbati Ioachim Ordinis Diuini Patris Benedicti tradidit explanandum. Initium tale est. Tempore annorum Christi à M C C L I I I. Porro post decessum Sancti Brocardi anno Domini M C X C V I I. Prior tertius omnium Fratrum electione factus est. Celestinus uero Papa anno Domini M C X C I. anno suo i. audita eius fama, ad inonitum habuit, ut Patriarchatum susciperet Hierosolymitanum.

Angeli apparitio.

Cyrillus Pa-
triarcharū
refellit.

Miracula
Cyrilli.

mitanum. Quod ille omnino renuit, sic rescribens. Beatissimo Patri Ce-
lestino, pedum oscula, Cyrillus famulus Christi. Sufficit mihi thesau-
rum Domini mei, idest animam, pro qua magnus ille mercator aduenit,
propriū sanguinem fundens, portare in hoc uase fictili. In Monaste-
rio nempe Carmeli, terrestres Angelos repperi, quorum ueraciter in cœ-
lis conuersatio est. Dum quadam uice cæco cleemosynam tribuisset,
denarium cæcus oculis applicuit, & protinus uidit. Tunc & mente illu-
minatus, recipi ad Religionem postulauit. Cyrillus uerò propter absen-
tiam Patris Brocardi, acceptare illum distulit. Et factum est post triduū
quod sic illuminatus spiritum exalaret. Cum autem die quarta Brocar-
dus aduenisset, fratribus occupatis obsequijs funeralibus, surrexit uiuus,
& ait. Per Cyrillum à morte sum resuscitatus, cuius meritis pridem fui
à cæcitate mentis & corporis liberatus. Certificatus Diuina reuelatione
Cyrillus, ob Christianorum scelera, Carmeli Religionem à Terra Sancta
eradicandam, Pijsima Virginem Mariam, ut Carmeli gregem conser-
uaret, sedulis precibus rogauit. Nec defuit Zelo Dei Matris amato-
ri Diuina consolatio. Diuinitus enim edoctus est, quod diuersarum
Regionum uiri Mariæ Religionem profiterentur, qui eam in suis Regio-
nibus copiosissimè multiplicarent. Et maiori incrementō Monasteriorū
& personarum, tam numero, quàm priuilegijs Apostolicis roborati, per
totam Europam transplantarent. Demum uniuersarum uirtutum orna-
mento repletus, post tres annos assumptæ curæ sui officij, morbo ingra-
uescēte, cunctis Monasterii Carmeli & Ordinis rebus ordinatis, & Sacra-
mentis Ecclesiæ deuotæ susceptis, anno Domini m.c.c. migrauit ad Chri-
stum. Est uero sepultus iuxta corpora Sanctorū Bertholdi, atque Brocar-
di, Vbi Sanctā Trinitatē, tres miraculis prædicantes, Diē Resurrectionis
præstolantur in pace. Eodem mense obitus Sancti Cyrilli, nautis de Cy-
pro nauigantibus, quidā in nauī defunctus, ad littus Mōtis Carmeli pro-
iectus est. Corpus autem à fratribus collectum, dum ad sepulturam por-
taretur, super tumulum sancti Cyrilli erat collocatum, quousque fouea
pararetur. Statim uero Mortuus surrexit, dicens se à Beato Cyrillo ui-
tæ meliori reseruatum. Ob id habitu Ordinis sumpto xii. annis super-
uiuens, laudabiliter dormiuit in Domino.

*Helia atque Mariæ Virginum Ordo circa annos Domini M C C. fuit
in Europa plantatus. Cap. 5.*



PRAESCIENS Deus propter Christianorum demeritum Terram Sanctam melle & lacte manantem, necdum temporali respectu verum amplius melle suauissimæ Filij Dei conuersionis, & lacte pietatis erga pœnitentes in sua humanitate assumpta, deuaſtandam, Religionemq; Heliaë & Marianam, ibi quidem eradicandam, sed numerosioribus palmitibus in Europam & Latinam Ecclesiam transplantandam. Ob id tempore præcedenti sub tribus Generalibus Prioribus Ordinis nostri, Bertholdo, Brocardo, Cyrillo ordinauit diuerſarum regionum de Europa & Latina Ecclesia viros, Religionem Heliaë in Môte Carmeli, & alijs Terræ Sanctæ Monasterijs profiteri. Qui post (ingruente necessitatis articulo) in ſuarum Nationum Prouincijs eſſent idonei eandem ibi inſtituere. Igitur dum propter reſeſſum de Hieruſalem Regum Franciæ & Angliæ, Philippi atq; Richardi ad loca natiua, Chriſtiani in Terra Sancta non haberent, propter Europæ Principum diſcordias, conſueſta ſubſidia, Pagani cum Saracenis Terram Sanctam crudelius ſolito, cœperunt inuadere. Ea propter Carmelita de Europæ Regionibus oriundi timore percuſſi ad ſuas Regionem redire & inibi Monasteria conſtruere ſtatuerunt, vti ſecurè Deo, & Matri eius ſamulatum iuge in poſſint impendere. Propter quod, cum plures de Fratribus hoc non eſſe decens, iudicarent ſtatim poſt mortem Cyrilli, conuocatis vniuerſis omnium Terræ Sanctæ Conuētuum Patribus, factum eſt Capitulum Generale in Eccleſia Primaria Virginis Mariæ in Monte Carmeli. Ibi vero concluſum eſt vnanimi omnium aſſenſu. Licet Dominus dicat (Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam). Nihilominus conſultius agendum decreuerunt. Omnibus igitur ad vigiliam noctis & ad orationem hortatis apparuit Superiori Montis Carmeli Virgo Glorioſa ingenti lumine dicens. Hic ſermo Filij mei eſt, vt non ſolum Palæſtinam & Syriam, ſed etiam vniuerſum Carmeli Ordo Orbem Chriſtianum illuſtraret. Qua reuelatione cunctis expoſita, inuocato Spiritu Sancto, vnanimiter elegerunt Cyrilli ſucceſſorem Bertholdum Lombardum, Generalem Priorem. Hinc quidam natione Cypro, Carmeli Ordinem in Famaguſta inſtituerunt ſimiliter in Heremo Frontana eiufdem Inſulæ. Alij vero de Sicilia orti, fundauerunt monaſterium in Suburbio Meſſanæ Ciuitatis in Vrbe Panormitana, Drepanēſi, ac Leocato, alias Leoncio. In hoc Capitulo erat ordinatum, quatenus in omnibus obſeruantijs, vniformes inueniremur, tum in officio Eccleſiaſtico,

Capitulum
Generale in
Monte Car
meli, cōgre
gatum.

In Carmeli
tarum lau
dem.

Quando cō
uentus Or
dinis Carme
litarum in
Cypro, & Si
cilia inſtitu
ti ſunt.

fiastico, tum in vestimentis, & huiusmodi. Cuius ordinationis est initium. Quoniam ex præcepto sanctorum Patrum iubemur habere cor vnum & animam vnam in Domino. Et quia iustum est, vt sub vna Regula viuantes vniformes in necessarijs nostræ vitæ obseruantijs inueniamur &c. Postquàm autem Venerabilis Bertholdus septè annis studiosè Ordinem rexisset, anno Domini **M C X**. diem clausit extremum. Defuncto Bertholdo, Alanus Brito loco eius subrogatur. Circa initium Regiminis istius, Dominus Ioannes Vesci, & Dominus Richardus Grey Anglici Barones, ab Anglorum Rege Richardo in præteritis annis, in suo recessu ad Terræ Sanctæ defensionem, cū expedito exercitu dimissi, ad Angliam redire decreuerūt. Tunc Montem Sanctum Carmeli ascendentes, quosdam Fratres ex Anglia natos, de Prioris Alani assensu ad Angliam perduxerunt. Dominus autem Ioannes Vesci in silua Alueluti, iuxta Almenium, illis cōstruxit Monasterium. At Dominus Richardus Grey, apud Alisfordiam, in Cartia dedit eis locum, anno Domini **M C C X I**. Ex his post pauca tempora, in Neruedia, in Londonis, in Eberaco, & alijs pluribus Angliæ locis, sunt multiplicati. Fuit autem in diebus illis in Anglia quidam Solitarius, in Trunco solus residens, Deo acceptissimus, nomine Symon, Natione Anglicus, Spiritu Prophetiæ clarus. Prænoscens autem Carmelitarum aduentum in Anglia, dimissa solitudine, Regnum Anglicanum, velut sydus, verbo pariter & exemplo illustrans perambulabat. Hic post assumpto Ordinis nostri habitu intantum scientia & vita cætero s fratres præiuit, vt Alano defuncto anno Domini **M C C X V**. in Capitulo Generali, in Anglia celebrato, in Generalè Ordinis Priorem eligeretur. Erat enim Compositus Moribus, Charitate Feruens, in Societate Mansuetus, Fortis ad Patientiam, ad Miserendum Pronus, Eloquentissimus, tam Vehemens, tam Efficax, quoque Diuinorum Eloquentiorum Enucleator, vt Anglorum animos à vitijs ad virtutes mirabiliter cōmutaret. In Iudicio certus, in Eloquentio modestus, Strenuus in Agendis, Humilibus & Minoribus se Blandum, Pœnitentibus Benignum, Rigidum Superbis, & Inflexibilem reddens Obstinatis. Fuit autem electus vltimo anno Innocentij Papæ Tertij. Et quia idem Innocentius in Concilio Lateranensi prohibuit Nouas Religiones inuenire, Prælati Terrarum in Europa, vbi Carmelitæ nouiter venerant, fuerunt ipsis valde infesti, quasi Nouam Religionem induxissent, propter Regulam Alberti nouiter assumptam. Non enim attenderunt, q̃ ante Concilium Lateranense Albertus sua potestate ordinaria hoc potuit. Hac necessitate ingruente, Rodolphum Alberti successorem, qui Concilio Lateranensi interfuit, Carmelitæ pro Concilio adierunt. Suasit igitur, vt ad Honorium

In Anglia
regione Car
melitarum
conuentus
eriguntur.

Symon An
glicus Car
melitarum
Prior Gene
ralis.

symonis
laudes.

rium Innocentij successorem, pro Regulæ Alberti confirmatione accederent. Venientes autem Reatæ ad urbem Fratres, Honorium Tertium, cum Cardinalibus suppliciter orât, ut Antiquam Propheticam Religionem, Ordinem, Albertiq; Regulam suæ etiam cōfirmationis munimine roboraret. Diffultit autē Matris Dei milites exaudire Vicarij Christi Curia. Quapropter Sacratissima Dei Mater Maria tenebris noctis interruptis, Ethereo cum lumine adueniens, Summum Pontificem admonuit, ad petentium Vota animum dare. Nec est (inquit) aduersandum in his, dum iubeo, nec dissimulandum, dum promoueo. Insinuauitque eidem duos de curialibus suis dictæ Religiois æmulos, Deo vltote, esse plexos dispari exitu, sed discessu pari. At expergiscens Pontifex, suos obnix concitat, in Ordinis regulam Mariani. Igitur anno suo primo confirmauit Honorius regulam Alberti, anno Domini M C C X V I. iij. Kal. Februarij, secundo anno Regiminis ipsius Symonis, sub tribus distinctis Bullis. Vna est in Conuentu Tholosano (teste Magistro Ioanne Grosse) habens in longitudine pedem, in latitudine quartam partem pedis. Altera in Conuētu Lugdunensi, teste Magistro Ioanne Bachone. Tertia in Conuentu Loudonensi, teste Magistro Ioanne Borubij. Cuius tenor talis est. Honorius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis Filijs Priori, & Fratribus Heremi de Monte Carmeli, Salutē & Apostolicam Benedictionem. Nos Normam vestram viuendi regulariter ab Alberto Hierosolymitano traditam, quam ante Concilium Generale vos dicitis humiliter suscepisse, in posterum vos & successores vestri, quantum cum Dei adiutorio poteritis, obseruetis, & in remissionem vobis iniungimus peccatorum. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ Cōcessionis, Confirmationis, Iniunctionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli se no uerit incursum. Datum Reatæ anno Domini M C C X V I. iij. Kal. Februarij, Pontificatus nostri anno primo. Consequenter confirmauit Gregorius Nonus. Cuius tenor talis est. Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis filijs Priori, & Fratribus Heremi Montis Carmeli, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ex officij nostri debita circumspectio, tenemur sollicitam exhibere cautelam, ne hi qui ascenderunt orare cum Domino, & pedes suos lauerunt, iterum eos co- inquinant, à contemplationis specula descendendo. Et ne resumiēdo terrenas facultates abiectas, quasi quædam indulta corruptionis, habeant unde tueantur ad casum, cum spiritualibus nequitijis pugnaturi. Hinc est quod cum lotis pedibus, Montem Domini ascenderitis, vacantes cōtem- plationibus

Carmelitæ
ad Honorij
accedunt.

Maria Vir
go Honorio
apparet.

Ioannes
Grosse.

Ioannes Ba
chone.
Ioannes Bo
rubij.
Bullæ Hono
rii Tertij Te
nor Carme
litæ tradita.

Tenor Bul
læ concessæ
Ordini Car
melitarum à
Gregorio
Nono.

plationibus cœlestium, & assumpseritis contra malignos spiritus luctamen, terrenis omnibus abdicatis, nos profectui vestro aspirantes, & nolentes vobis coinquinari pedes iterum, quos semel purgatis, auctoritate præsentium districtius prohibemus, ne in proprietate de cætero Heremi, vel loca, vel possessiones, aut domos, aut redditus alios recipiatis vlllo modo, ~~vel præsumatis~~ habere, præter asinos masculos, & aliquod animalium seu volatiliū in nutrimentum. Quicquid quoque vestræ providentes & paci, adiicimus, vt in Heremo instituire Priorem, absque consensu omniū Fratrum, & maioris vel sanioris partis nemo valeat, uel audeat. Et Regulam vestram approbatam à Bonæ Memoræ Honorio Papa Prædecessore nostro, & ab eo vobis traditam, in remissionem peccatorum obseruandam auctoritate Apostolica confirmamus, & in eodem loco ac alijs Terrarum locis, perpetuis temporibus obseruari præcipimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Declarationis, Institutionis, Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli se noverit incursum. Datum Perusij Octauo Idus Aprilis, anno Domini M C C X X X. Pontificatus nostri anno tertio. Porro Honorius Tertius anno suo primo confirmauit Ordinem Fratrum Prædicatorum. Et anno Domini M C C X X I. Ordinem Fratrum Minorum. Similiter Ordinem Sanctæ Claræ, & fratrum de Tertia Regula. Prædicti etiam Pontifices, scilicet Innocentius Tertius, Honorius Tertius, & Gregorius Nonus contulerunt benefactoribus Ordinis nostri quasdam Indulgentias, vt patet per Sixtum Papa Quartum.

Colligitur
ex hoc Carmelitarum
Ordinem tē
pore priorē
& antiquiore
rem esse Ordine
Mino-
rum.

*Admonitionem Virginis Gloriosæ contra infestationes Prælatorum
Fratres nostri, ab Innocentio Quarto, remedia opportuna
postularunt. Cap. 6.*



IN C post prædictorum Pontificum cōfirmationem, Fratres Ordinis Carmelitarum, dū in diuersis Europæ partibus fuissent multiplicati, præsertim in Heremo Aquilegiensi apud Marsiliam. In Auinione quoque, & in Arelata, & in pluribus alijs locis, per deuotorum fidelium subsidia Monasterijs fundatis, plures Ecclesiarum Prælati diuersas eis molestias intulerunt. At Beatissima Dei Mater Virgo Maria, à suis Fratribus humiliter inuocata, apparens Priori Carmelitici Ordinis Generali, ait. Vade ad Innocentium Quartum intrepidè, qui iuxta sui nominis interpretationem partem Innocen-

Carmelitæ à
Virgine Glo-
riosa admo-
niti, ad Inno-
centium ac-
cedunt. à
quo plura
obtinuerūt.

tum

tum fouere confuevit. Igitur Virginis Christiferæ consilio, Innocentium accedentes, ab eo mira humanitate tractati, pia uota sua consequuti sunt. In primis eos sub Protectione Sedis Apostolicæ recepit, & quòd tempore interdicti, diuina (clausis ianuis) celebrarent, indulgit, Idibus Iulij, Pontificatus sui anno secundo, Residens in Lugduno. Incipit, Religionis vestræ meretur honestas. Scripsit secundo Ecclesiarum Prælati & vniuersis Christi fidelibus, ut Fratres benigne recipientes, de locis corû Religionis aptis gratiosè prouiderent. Incipit, Cum dilecti Filij Prior & Fratres Ordinis Carmelitarum securè nequeant. Ex Lugduno xij. Kal. Iulij, anno Pontificatus sui secundo, anno Domini M C CXLV. Eodem anno confirmauit Regulam Domini Alberti, sub eadem uerborum forma Gregorii Noni. Has post literas obtentas, Fratres Heliani & Mariani Ordinis de Carmelo ex Sicilia, per Apuliam, per Tusciam, & omnes Italiæ prouincias fuerunt in diuersis Heremis dilatati. Proinde ex Anglia per Hyberniam & Scotiam, Narboniam, Aquitaniam, Hispaniam quoq; audacti sunt. Sed nec tunc Ecclesiarum Prælati quidam & Diocesani cessarunt resistere Fratribus. Vnde coacti Carmelitæ nouas literas ab eodè Innocentio obtinuerunt. Incipit, Paganorû incurfus Dilectis Filiis & Fratribus Heremitis Beatæ Dei Genitricis de Monte Carmeli necessitatem induxisse dinoscitur. Ex Lugduno vj. Kal. Augusti, anno Pontificatus nostri Quarto, anno Domini M C CXLVI. Porro circa hæc tempora Christianissimus Francorum Rex Ludouicus, post multa exercitata contra Paganos prælia, reuersurus ad Franciam, cum ad Carmeli radices euasisset maris periculum, Virgine Maria à se inuocata, ascendit Carmelum. Tunc Deo & Mariæ gratiarum actione refusa, sex Fratres de Francia natos, secum de Prioris licentia duxit. Veniens autem Parisios, extra Porta Barratam manere statuit. Sed postea multiplicatis Fratribus propter studium literarû in ciuitatem translati sunt. Prædictus uero Innocentius Fratrum prouidens quieti, exemit eos ab auctoritate Episcoporum. Incipit, Deuotionis uestræ precibus inclinati. Ex Lugduno, Idus Iulij, Pontificatus nostri anno quinto. Et quia (teste Hieronymo ad Eustochium) nulla tam sancta, tam iusta, & diu prouisa est institutio, quæ in futurum plurimos non patiatur defectus, quin aliquando correctione indigeat. Idem Innocentius anno Domini M C CXLVII. Kal. Octobris mitigauit, declarauit, ac correxit Regulam nobis ab Alberto traditam, & confirmauit. Cuius tenor talis est.

I N N O C E N T I V S Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Heremitis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Quæ honorem Condi-

I toris

Fratres ex Sicilia Italiæ Prouincias Ordini Carmelitarum acquisierunt. Anglici uero alias plures.

Quando, ubi, & aquo Ordo Carmeliticus in Gallia ortu habuit.

Hieronymus ad Eustochium.

Regula Carmelitarum ab Innocentio III. mitigatur. cuius Bulla tenor hic positur.

toris omnium, & profectum continent animarum, roboris præsidio sunt fulcienda perpetui. Sed illa præcipue, super quæ Apostolicæ Sedis auctoritas salubris providentiæ studium noscitur habuisse. Cum itaque nos ad vestræ supplicationis instantiam, per Dilectum Filium Hugonem, Tituli Sanctæ Sabinæ Presbyterum Cardinalem, & Venerabilem Fratrem nostrum Guilelmum Anteradensem Episcopum, quædam Regulæ vestræ dubia declarari, & corrigi, ac etiam quædam ipsius grauiâ misericorditer fecerimus mitigari, prout in literis inde cõfectis plenius cõtinetur. Nos vestris pijs desiderijs annuentes, declarationem, & correctionem, ac mitigationem huiusmodi, Auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocínio communimus. Tenorem vero literarum ipsarum, de verbo ad verbum, fecimus præsentibus annotari, qui talis est.

Tenor literarum Hugonis Cardinalis, & Guilelmi Episcopi Anteradensis.

F R A T E R Hugo, miseratione Diuina Tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis, & Frater Guilelmus, eadem miseratione Anteradensis Episcopus, Charissimis in Christo Filijs Religiosis Viris, Priori Generali, & diffinitoribus Capituli Generalis, Ordinis Fratrum Gloriosissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, Salutem in omni salutari. Accedentes ad Apostolicam Sedem Fratres clerici, Rynaldus & Petrus Ordinis vestri ex parte vestra à Domino Papa humiliter postularunt, vt quædam, quæ in vestro Priuilegio & Regula olim vobis à felicis Memoriz Alberto Patriarcha Hierosolymitano tradita, cõtinentur, dubia declarare, corrigere, & quædam grauiâ misericorditer mitigare dignaretur. Cum igitur Dominus Papa eorum deuotis supplicationibus annuendo nobis commiserit, vt declarationem, correctionem, ac mitigationem huiusmodi faceremus vice ipsius, secundum quod bono statui Ordinis & Fratrum salutari expediens videremus, Religioni vestræ, qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus Regulam à nobis correctam, declaratam, & mitigatam, prout expedire vidimus, deuotè recipientes, eam firmiter obseruetis, & ad instar eiusdem, alias vestras Regulas corrigatis, quam vobis per eosdem Fratres sub sigillis nostris mittimus in hac forma.

Regula ab Alberto Carmelitis tradita mitigatur in hac forma.

A L B E R T V S Dei gratia, Hierosolymitanæ Ecclesiæ vocatus Patriarcha, Dilectis in Christo Filijs Brocardo & cæteris Heremitis, qui sub eius obedientia iuxta fontem Heliz in Monte Carmeli morantur, in Domino salutem, & Sancti Spiritus Benedictionem. Multifarie multisque modis Sancti Patres instituerunt, qualiter quisque in quocumque Ordine fuerit, vel quæcûque modum Vitæ Religiosæ elegerit, in obsequio Iesu Christi viuere debeat, & eidem fideliter de corde puro, & bona conscientia deservire. Verum quia requiritis à nobis, vt iuxta propositum vestrum tradamus

tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere in posterum debeatis, illud in primis statuimus, vt vnum ex vobis Priorem habeatis, qui ex vnanimi omnium assensu, vel maioris & sanioris partis, ad hoc officiũ eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promissam studeat operis veritate seruare cum castitate, & abdicatione proprietatis. Loca autẽ habere poteritis in Hieremis, vel vbi vobis donata fuerint, ad vestræ Religionis apta & commoda, secundum quod Priori & fratribus videbitur expedire. Præterea iuxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum, vel sanioris partis, eadem cellulæ cuique fuerint assignatæ. Ita tamen, vt in cõmuni Refectorio ea, quæ vobis erogata fuerint, sumatis, vbi aliquam lectionem Sacræ Scripturæ audiri commodè poterit. Nec liceat alicui Fratrum, nisi de licentia Prioris, qui pro tempore fuerit, deputatum sibi mutare locũ, vel cum alio permutare. Cellula Prioris sit iuxta introitum loci, vt venientibus ad eundem locum primus occurrat. Et de arbitrio & dispositione ipsius postmodũ quæ agenda sunt, cuncta procedant. Maneant singuli in cellulis suis vel iuxta eas die ac nocte in lege Domini meditâtes, & in orationibus vigilâtes, nisi alijs iustis occasionibus occupentur. Hi qui Horas Canonicas cum Clericis dicere norunt, eas dicant secundum institutiones Sanctorum Patrum & Ecclesiæ approbatam consuetudinem. Qui vero eas non norunt, vigintiquinque vicibus Pater Noster dicant in nocturnis Vigilijs, exceptis Dominicis, & Solemnibus Diebus, in quorum Vigilijs prædictum numerum statuimus duplicari, ut dicatur Pater Noster vicibus quinquaginta. Septies autem eadem dicatur oratio in Laudibus Matutinis. In alijs quoque Horis septies similiter eadem sigillatim dicatur oratio, præter officia Vespertina, in quibus ipsam quindecies dicere debeatis. Nullus Fratrum aliquid esse sibi proprium dicat, sed sint vobis omnia communia. Et distribuâtur unicuique per manum Prioris, id est, per Fratrem ab eodem ad idem officium deputatũ, prout cuique opus erit, inspectis atatibus & necessitatibus singulorum. Asinos autem siue mulos, prout vestra exposulauerit necessitas, vobis habere liceat, & aliquod animalium siue uolatilium nutrimentum. Oratorium prout commodius fieri poterit, construatur in medio cellularum, ubi mane per singulos dies ad audienda Missarum solemnia conuenire debeatis, ubi hoc commodè fieri potest. Dominicis quoque diebus uel alijs, ubi opus fuerit, de custodia Ordinis & animarum salute tractetis, ubi etiam excessus & culpæ Fratrum, si quæ in aliquo fuerint deprehensæ, charitate media corrigantur. Ieiunium singulis diebus, exceptis Dominicis, obseruetis, à

Primũ Præceptum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

Exaltationis Sanctæ Crucis usq; ad diem Dominicæ Resurrectionis, nisi infirmitas uel debilitas corporis, aut alia iusta causa ieiuniū solui suadeat, quia necessitas non habet legem. Ab esu carnum abstineatis, nisi pro infirmitatis vel debilitatis remedio sumantur. Et quia uos oportet frequenter mendicare itinerantes, sitis hospitibus onerosi, extra domos uestras sumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus. Sed & carnibus supra mare uestri licebit. Quia uero Tentatio est uita hominis super terram, & omnes qui pie uolūt uiuere in Christo persecutionem patiuntur, Aduersarius quoque uester Diabolus, tanquam Leo rugiens circuit que rens quem deuoret, omni sollicitudine studeatis indui armatura Dei, ut possitis stare aduersus insidias inimici. Accingendi sunt lumbi uestri Cingulo castitatis. Muniendum est pectus cogitationibus sanctis. Scriptum est enim, Cogitatio sancta seruabit te. Induenda est lorica iustitiæ, ut Dominum Deum uestrum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota uirtute diligatis, & proximum uestrum tanquam uosmetipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Sine fide enim impossibile est placere Deo. Galea quoque salutis capiti imponenda est, ut de solo Salvatore speretis salutem, qui saluum facit populum suum à peccatis eorum. Gladius autem spiritus, quod est uerbum Dei, abundanter habitat in ore & in cordibus uestris. Et quæcunque uobis agenda sunt, in uerbo Domini fiant. Faciendum est uobis aliquid operis, ut semper uos Diabolus inueniat occupatos, ne ex ociositate uestra aliquem intrandi aditum ad animas uestras ualeat inuenire. Habetis in hoc Beati Pauli Apostoli magisterium pariter & exemplum, in cuius ore Christus loquebatur. Qui positus est & datus à Deo Prædicator & Doctor gentiū in fide & ueritate, quæ si secuti fueritis, nō poteritis aberrare. In labore, inquit, & fatigatione fuimus inter uos die ac nocte operantes, ne quem uestrum grauaremus. Non quasi nos non haberemus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam cum essemus apud uos, hæc denunciabamus uobis, quoniam si quis non uult operari, non manducet. Audiuimus enim quosdam inter uos ambulantes in quiete, nihil operantes. His autem qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducant. Hæc uia sancta est & bona, ambulate in ea. Commendat autem Apostolus silentium, cum in eo præcipit operandum. Et quemadmodum Propheta testatur, Cultus iustitiæ silentium est. Et rursum. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Ideoq; statuimus, ut dicto Completorio silentium teneatis usque ad priam dictam frequentis dici. Alio uerò tempore, licet silentij non habeatur

Undecimū.

Duodeci-
mum.
Iob. 7.
1. Tim. 3.
1. Pet. 5.
Eph. 6.
Luc. 12.

Ephes. 6.
Mat. 22.

Eph. 6.

Heb. 11.
1. Ioan. 5.
Eph. 6.
Mat. 1.
Eph. 6.
Gal. 3.

1. Tim. 2.
2. Thes. 3.

1. Sa. 32.
Isa. 30.

Tertiumdecimū.

tur obseruatio tanta, diligentius tamen à multiloquio caueatur. Quoniam sicut scriptum est, & non minus experientia docet, In multiloquio non deerit peccatum, & qui inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. Item. Qui multis utitur verbis, lædit animam suam. Et Dominus in Euangelio. De omni uerbo ocioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Faciat ergo unusquisque stateram uerbis suis, & frenos rectos ori suo, ne forte labatur & cadat in lingua, & insanabilis casus eius sit ad mortem. Custodiens cum Propheta uias suas, ut non delinquat in lingua sua. Et silentium, in quo cultus iustitiæ est, diligenter & cautè studeat obseruare. Tu autem frater Brocarde, & quicumque post te institutus fuerit Prior, illud semper habeatis in mente, & seruetis in opere, quod Dominus ait in Euangelio. Quicumque uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus. Vos quoque cæteri Fratres, Priorem uestrum honorate humiliter. Christum potius cogitantes quàm ipsum, qui posuit illum super capita uestra. Et Ecclesiarum Præpositis etiam ait. Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit. Ut non ueniat in iudicium de contemptu, sed de obedientia mereamini Vitæ æternæ mercedem. Hæc breuiter scripsimus uobis, conuersationis uestre formulam statuantes, secundum quam uiuere debeatis. Si quis autè supererogauerit, ipse Dominus cum redierit, reddet ei. Utatur tamen discretione, quæ uirtutum est moderatrix. Actum Lugduni anno Domini M C C X I . v . i . i . Innocentij Papæ Quarti, anno Quinto, Kalen. Septembris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autè hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Explicit Regula Alberti per Innocentium declarata, correctæ & mitigata. Anno sequenti, scilicet anno Domini M C C X I . x . in Oppido Herlemonse Fratres nostri Conuentum fundauerunt, & in Oppido Bruxellense. Hinc Bopardiæ, Franchfordiæ, Crucenaci, Vvinhem, & in cæteris aucti sunt ciuitatibus Colonia, Maguncia, Spira, Vvormacia, Argentina, & similibus. Tunc cõtra Prælatorum infestationes, Innocentius Quartus, anno suo viij. v. Kal. Octob. iterato stabiliiuit Fratres Carmelitas sub Apostolica protectiõne. Incipit, Religionis uestre meretur honestas. Itè anno suo Nono, Idus Ian. Incipit, Ex parte Dilectorum Filiorum Heremitarum Ordinis Sanctæ Mariæ de Monte Carmeli. Etiã anno suo Octauo dedit quasdam Indulgentias & remissionem tertiæ partis omnium peccatorum, ac x l. dies, v. Kal. Oct. Incipit, Splendor Paternæ Gloriæ. Insuper quod non tenemur dare decimas de hortis nostris & virgultis, anno suo xj. v. Kal. Decembris.

Prou. 10.
Prou. 11.
Eccl. 10.
Mat. 12.
Eccl. 28.

Quantum
decimum.

Mat. 20.

Luc. 9.

Multi Car-
melitarum
Conuentus
recitantur.

Indulgentiæ
plures ab
Innocentio
Quarto Car-
melitis cen-
cellæ.

cembris. Incipit, Sacrosancta Romana Ecclesia. Consequenter q̄ ex cō-
municatis & interdictis Ordinem nostrum intransibibus absolutionis be-
neficio impendere possumus. Incipit, Quia ex Apostolici cura. Etiam
anno & die quibus supra, quod de quibuscunque criminibus Prior ab-
soluere potest suos Fratres. Incipit, Canonica institutione cauetur. Cō-
sequenter q̄ Prior idoneos Fratres de licentia Diocesani, ad prædican-
dum potest emittere, anno suo x 1. Kal. Septembris. Incipit, Deuotio-
nis augmentum.

*Impetratis Summorum Pontificum Innocentij Quarti, Alexandri Quarti,
Vrbani Quarti, Defensorijs ac Priuilegijs, Symon Stock Ge-
neralis Prior, scapulare suis precibus à Virgine
Maria accepit. Cap. 7.*



Ordo Car-
melitarum
Ecclesiæ si-
milis est.

Alexandri
Quarti Pri-
uilegia Car-
melitis con-
cessa recen-
sentur.

ACER Ordo Carmelitarum, sicut Vniuersalis Ecclesia, ha-
bet quinque prouisiones, quibus in hac gubernatur vita flu-
ctuosa. Habet etiam Ecclesia Euangelium pro Fidei fundamē-
to, Sacros Doctorum Canones pro bonorum morum orna-
mento, Ordinarium pro Diuinorum Officiorum regulamento, Gra-
tias Imperiales pro Ecclesiarum libertatum munimento, Merita Sācto-
rum, id est Indulgentias pro peccatorum medicamento. In canone. dist.
x c v i. c. Constantinus. Ita Religio Fratrum Beatæ Mariæ de Monte
Carmeli, quæ est Filia particularis Ecclesiæ, habet primo, Regulam, secū-
dum quā Fratres viuere profitentur. Constitutiones, secundum quas uni-
formiter regulantur. Ordinale, ut unicorditer Diuina peragantur. In-
dulgentias, quibus benefactores Ordinis spiritualiter remunerantur. Gra-
tias Apostolicas, ut Fratres quietius Christo famulentur. Defuncto igitur
Innocentio, Alexander Quartus post in Papatum subrogatus. In
primis anno suo primo, Idibus Februarij, dedit Remissionem unius An-
ni, & unius Quadragenæ benefactoribus Ordinis. Incipit, Prouisionis ue-
stræ. Secundo ne Episcopi aliquid exigere ausint à Fratribus, anno suo
ij. viij. Kal. Februarij. Incipit, Cum Prælati. Tercio q̄ Prior Generalis &
Prouincialis liberè possint uisitare Fratres, & ad probationem Noui-
tios recipere. Incipit, Religionis uestre, anno, die, mense quibus supra.
Quarto, eodem anno, Tertia die Februarij, confirmauit Regulam Al-
berti per Innocentium mitigatam. Incipit, Cum à nobis petitur. Quo-
to, eodem anno, Idus Februarij, q̄ tēpore interdicti Diuina possumus
celebrare. Incipit, Religionis uestre. Sexto, eodem anno & die ut supra,
misit mandatum uniuersis Christi Fidelibus, ut Fratres benignè suscipiē-
tes,

tes, eis de Locis opportunis prouiderent. Incipit, Cum Dilecti Filij. Septimo, eodem anno, vj. Kal. Martij, q̃ Prior electus & consentiens, sit à Sede Apostolica confirmatus. Incipit, Quoniam ex Apostolica cura. Octauo, eodem anno, v. Nono Maij, q̃ familiaribus nostris Sacramenta Cōfessionis & Altaris possumus ministrare. Incipit, Deuotionis vestræ precibus. Nono, q̃ nullus Fratrum sine Prioris Generalis licentia speciali, potest alteram Religionem intrare, anno suo, v. Idus Februarij. Incipit, Quieti vestræ prouidere. Decimo, oibus Patriarchis, Episcopis &c. ne in quocunque sint molesti Fratribus, anno, die quibus supra. Incipit, Ad Audientiam nostram peruenit. Vndecimo, anno eodem, v. Kal. Aprilis, q̃ Priores possunt discolors fratres corrigere. Incipit, Prouisionis nostræ. Duodecimo, q̃ in Locis nouiter acceptis possumus Oratoria erigere, anno suo vij. Idus Martij. Incipit, Speciali gratia & fauore. Tertio decimo, recepit Ordinem sub protectione Apostolicæ sedis, anno, die quibus supra. Incipit, Speciali fauore. Quartodecimo, q̃ Prior Fratres absoluat de quibuscunque. Incipit, Canonica Cōstitutione. Idus Martij, anno prænotato. Quintodecimo, eodem anno, iij. Kal. Aprilis, de quibus Ordinem nostrum intrantes possunt absolui. Incipit, Ex Apostolica cura. Sextodecimo, tam Fratres quàm omnia eorum bona sub Protectione Apostolica recepit. Incipit, Religionis vestræ. Post decessum Alexandri, Urbanus Quartus successit, anno Domini m c c l x x i . Hic in primis concessit, vt coram Magnatis & Nobilibus ac familiaribus in altari portatili, Diuina celebrare possumus, anno suo primo, xij. Kal. Martij. Incipit, Deuotionis vestræ. Secundo, eodem anno, Idus Maij, q̃ Christi Fidelibus familiaribus absolutionis beneficium possumus impartiri. Incipit, Vobis ad hoc tota mente &c. Tertio, confirmauit Regulam Alberti per Innocentium mitigatam, eodem anno, xxij. die Maij. Incipit, Cum à nobis petitur. Vidi bullam in Conuentu Leodiensi Proninciæ Fraciæ. Quarto, concessit de Oratorio cōstruendo, & plura alia indulta, anno eodem, vj. Kal. Iunij. Incipit, Speciali gratia & fauore. Postquàm autem sacer Marianus & Helix noster Ordo priuilegijs Summorum Pontificum (ut præmisimus) fuit solidatus, Beatus Symon Prior Generalis, eo magis Christo & Matri eius intentius seruiens, & Fratres ad seruendum inducens, quanto Ordinis Titulo celebriores & Apostolicæ Sedis acceptiores erant. Vnde non multitudini diuitiarum, sed gratiarum, non ornamento uestimentorum, sed uirtutum incumbens, sedulo Mariam deprecabatur, quatenus Ordinem eius Titulo insignitū, aliquo singulari Priuilegio munitum, ad sui laudem, & multorum ædificationem fidelium decoraret, frequenter sic orando. Flos Carmeli, Vitis florige-

Recitantur
ea, quæ Urbanus Quartus exhibuit Carmelitarum Ordini.

Sequitur
Beati Symonis Historiam.

Oratio Beati Symonis ad Mariam.

Virgo gloriosa scapulare Symoni tradit.

Plures Illustriissimi Viri & Fœminæ Habitû Carmelitici Ordinisû pferunt.

Ioannes Grossi.

ra, splendor cœli, Virgo puerpera singularis, Mater mitis, sed Viri Nescia, Carmelitis da priuilegia, Stella Maris. Nec defuit seruido suo Zelatori superliberalis Virgo Dei Mater, sed Angelicis comitata cateruis, lumine amicta eidem apparuit dicens. Dilectissime meus, recipe hoc tui Ordinis Scapulare meæ Confraternitatis signum, tibi & cunctis Carmelitis priuilegium. **In quomoriens æternum non patietur incendium.** Ecce signum salutis, salus in periculis, fœdus pacis & pacti sempiterni. Emergit fama facti, rumor de Anglia ad exteras spargitur Nationes, fit res celebris populo Dei. Ratione itaque tanti tamq; singularis signi salutis, & priuilegij pacis sempiternæ, complures Magnorum Statuû Viri & Fœminæ arma illa Reginæ cœlorum & scutum apprehendentes, se Religioni Carmeli offerebant. Velut Ludouicus Rex Franciæ. Anglorum Rex Eduardus. Dominus Henricus Lancastriæ Dux miraculis clarus. Comes Nortumbriæ Henricus. Angela Filia Regis Bohemiæ. Ioanna & Anna Tholosanæ Sacrum Ordinis habitum scapulare nocte dieque portarunt, alijque plures diuersarum Prouinciarum. Plures insuper ijsdem temporibus eundem habitum suscipientes, à diuersis sunt curati languoribus. Tandem Beatus Symon deficiente uino, aquam in uinum mutauit. Inuitatus in domo Germani sui ad prandium, bulitum piscem in aquam proiectum, fecit, ut nataret illesus. Alijs insuper pluribus miraculis clarus, dum L. annis Ordinem (teste Magistro Ioanne Grosfi) laudabiliter rexisset, multis Apostolicis priuilegijs impetratis, Valconiam Prouinciam, anno c. uitæ suæ uisitans, in Burdegalia febribus correptus, xvj. die Maij, coram positis Fratribus & orantibus migravit ad Dominum anno M C C L X V. pluribus miraculis etiam post obitum clarus, & memoria dignus.

Mariæ & Helianns Carmeliticus Ordo multifarie, quinimmo omnifariâ, à Deo & Patriarchis Hierusalem ab Apostolica Sede, & huiusmodi solidatus, approbatus, & confirmatus est. Cap. 8.



RATRUM Ordinis Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli Religio per Sanctos Prophetas inchoata, & in Veteri Testamento continuata, & Similiter in Lege Gratiæ usque in hûc diē continuè sine intermissione exulta, multipliciter solidata, approbata, & confirmata est. Patet hæc conclusio per Magistrum Ioannem Borubij contra æmulos Carmelitarum sic. Extra de Rel. do. c. Religionum diuersitatem. §. Caterum, vbi sic dicit Papa. Caterum

Ioannes Borubij.

Cæterum Carmelitarum & Heremitarû Sancti Augustini Ordines, quorum institutio dictum Concilium Generale præcessit, in solido statu uolumus permanere. Papam enim uelle, uoluntate beneplaciti aliquem Ordinem in solido statu permanere, est ipsum Ordinem ad permanentiam acceptare, sed Papam aliquem ordinem ad permanentiam acceptare, est ipsum Ordinem approbare, igitur Papa in ista Decretali approbat Ordines Carmelitarum & Sancti Augustini. Consequētia patet per Archidiaconū in Glossa, ubi approbat istū textū, in solido statu, ubi dicit. Hæc litera mutat antiquā, & per Dominū Cardinālē in diuisione textus. Cæterū, ubi sic dicit. Carmelitarū & Heremitarum Ordines consolidat. Et sic isti duo Ordines sunt totaliter confirmati. Et Ioannes Andreas dicit sic. Solido & non solito, & per consequens Ordo Carmelitarū est status solidus, firmus, & confirmatus. Et hoc, teste Ioanne Borubij, in multiplici Iure.

Archid iacobus, Cardinalis, & Ioannes Andreas.

Ioannes Borubij pluribus rationibus ostēdit Carmelitarū ordinem confirmatū esse. Primaratio,

Secunda.

Tertia.

Primo, Iure ordinariæ Potestatis. Nam Ioannes xliij. & postea Albertus, Patriarchæ Hierusalem, ante Concilium Lateranense habuerunt auctoritatem Religionem instituendi, institutas regulandi sua ordinaria potestate, & confirmandi. Nam instituere Ordinem, & fouere institutū, non erat Apostolicæ Sedi reseruatū ante Lateranense Concilium. Hoc patet extra, de Religiosis domibus, Capitulo. Ne nimia. Quicquid enim non est Superiori reseruatū, nec inferiori prohibitum, intelligitur ei de Iure concessum, extra de senten. excom. Cap. Nuper, & de Sponsalibus. Cum apud sc. & xvj. q. j. Sunt nonnulli. Secundo, Iure canonicæ Ratificationis. Concilium nempe Lateranense nouas de cætero Religionem sine Apostolicæ Sedis licentia inuenire prohibuit, propter nimiam diuersitatem (ut suprâ dictum est) sed inuentas & antequam Concilium institutas Religionem non exterminauit, & ait, Quicumque se ad Religionem conueriti uoluerit, unam de approbatis assumat. Tunc uero ante Concilium Lateranense non erat approbatio Religionis, nisi Ordinariæ Potestatis uel Iuris. Sed Religio Carmeli ante Concilium illud erat ordinariè approbata, igitur in eodem Concilio Iure Canonice Ratificationis extitit confirmata. Tercio, Iure specialis Apostolicæ Decisionis. Ordo enim Carmeli ante Concilium Lugdunense per Honorium Tertium, Gregorium Nonum, Innocentium Quartum, Alexandrum Quartum, Urbanum Quartum, & per cæteros erat multipliciter confirmatus, tunc etiam post per Lugdunense Concilium, donec aliud ordinaret in suo statu permissus, qui status fuit solidus, & per iam dictos confirmatus. Post hoc per Bonifacium hic. §. Donec, totaliter fuit rescatus, ut patet in Sexto, de Religio. d. c. Religionum diuersitatem. Et sic in suum firmum & solidum statum, quem semper ab initio habuit, reductus est.

K Igitur

& Virginum Primicerius, nondum mortuus, usque in præsens manet uiuus, Paradisi Terrestris colonus.

Circa & post tempora annorum Domini M C C L X X. Ordo Carmeliticus Marialis & Helianus erant tum Apostolicis amplioribus Priuilegijs, tum utriusque sexus personis multis, sanctitate quidem perspicuis, ac pluribus Doctissimis Orthodoxæ Fidei utilissimis Viris. Cap. 9.



E F V N C T O igitur Sancto Symone Stock, Tholosæ, in Aquitania Prouincia fuit celebratum Capitulum Generale in die Penthecostes, inuocatoq; Spiritu Sancto ad totius Ordinis Regimen, fuit electus Frater Nicolaus Gallicus. Hic gregis sibi commissam assumens curam, corpus suum in Dominico onere & seruitio studuit mancipare. Huius tempore Urbani successor Clemens Quartus, in primis Ordini nostro concessit, ut nullus ultra duas dietas ad iudicium Fratres nostros trahere præsumeret, vij. Idus Maij anno suo primo. Incipit, Meritis uestre Religionis. Secundo, eodem anno, x. Kalen. Iunij, mandauit omnibus Prælati à Fratrum cessare molestia, & defensionis eis præsidia ministrare. Incipit, Ad audientiam nostram peruenit. Tertio, eodem anno, 1111. nonas Iunij, concessit de Altari portatili. Incipit, Deuotionis augmentū. Quarto, eodem anno, Nonis Augusti, donauit, quod legata ultimarum uoluntatum recipere possumus. Incipit, Necessitatis uestre Paterno compatientes affectu. Quinto, quod non daremus decimas de agris nostris & uirgultis. Incipit, Speciali gratia & fauore. Sexto, eodem anno, 11. Kalen. Nouembris Prælatos adhortatus est, ne in nouis locis recipiendis, fratribus sint molesti. Incipit, Ex parte Dilectorum Filiorum. Anno autem Domini M C C L X V I I. Venerabilis Prior Nicolaus celebrauit Capitulum Generale in Ciuitate Messana in Sicilia. Tandem cum annis quinq; Ordinem gubernasset auriga bonus, cum Helia turbas hominum fugiens, resignato humiliter officio, ad Heremum se transtulit. Hic uir sanctitate plenus atque doctissimus conscripsit librum perutilem, quem igneam sagittam prætitulauit, anno Domini M C C L X X. Hunc librum uidi in Conuentu Leodiensi. Ex quo auctorem sui potest de facili patescere, tā Diuinis quàm Humanis fuisse literis eruditum. Claret etiam, quanta sanctitate Carmeli Religio prisco tempore fulserit, quàm ueraq; sit Beati Cyrilli Prophetia, qua ait. Ab infantia suæ primordio, usque in temporā pubertatis, margaritis multiplicibus, parentumq; sanctitudine, excisa

Capitulum Generale Tholosæ celebratum. Nicolaus Carmelita.

Indulgentia à Clemente Quarto Carmelitis tradita hæc sunt.

Capitulum Generale in Messana congregatum.

Prophetia Cyrilli.

K 2 de petra

S. Albertus
Drepanita
Carmelita.

de petra durissima, uallis Virginis nitebit, donec pedetentim muscarum stercorebus, & uiarum pulueribus fuscabuntur. Visionem siue Prophetiam Sancti Cyrilli, sibi à Deo per Angelum missam habeo cum comento. Tandem Nicolaus plenus dierum & sanctitate secundo Aprilis cœlum adiit, & in Aurea tumulatur. His temporibus Sanctus Albertus de Drepano, tamis origine nobilis, sed mente nobilior, ex parentibus sterilibus post xxvj. annos connubij ortus fuit. Hic parentum uotis, Dei Genitrici Mariæ ante Conceptionem peculiariter extitit dicatus. Viderunt etenim complures idonei uisione desuper concessa, de utero Venerabilis Matronæ Ioannæ, eum in utero gerentis, cerceum nimio fulgore micantem, emanare. Nec secus accidit. Siculorum enim Regionem, uelut lampas ardentissima, Virtutibus, Prædicationibus, Miraculis celebris irradiavit. Complures filios ex Iudæis Ecclesiæ peperit. Ciuitatem Messanensem a famæ & exterminio precibus liberauit. Ipse aliquando Prouincialis Siciliæ, totius perfectionis exemplar, plura scripsit utilia. Tandem in Ciuitate Messanensi anno Domini M C C X C V I I. septimo No-
nas Augusti, obdormiuit in Domino. Tanta suæ sanctitatis opinione relicta, & pro singulari apud Deum patrono, nedum ab incolis Regni illius, sed à pluribus etiam per Orbem fidelibus, usq; hodie ueneratur.

Capitulum
Generale Pa-
risiis con-
gregatum,
i quo Prior
Generalis
electus est
Rudolphus
Alemanus.
Plures Fra-
tres Car-
mitæ à Sara-
cenis Mar-
tyrio affe-
cti sunt.

Consequenter post Resignationem Nicolai, Capitulum Generale fuit Parisiis in Festo Natiuitatis Mariæ celebratum, electoq; unanimiter, per Spiritus Sancti inuocationem, Rudolpho Alemano, Viro Religiosissimo, causas ordinis cum suis subditis commissis, dignè studuit gubernare. Hic postquam quibusdam annis gubernasset, contemplatiua uita affectus, ad Conuentum Aueluti in Anglia se transtulit. Vbi in Dei seruitio, & contemplatione altissimi, migrans ad Dominum, glebum corporis Terræ commendauit. Iisdem temporibus plures, Fratres Carmelitici Ordinis in Terra Sancta à Saracenis in Monasterijs Heremi Quarentenæ in Valim, & in Montanis Nigris martyrio coronati. Et ceteri omnes uarijs penis trucidati sunt, & Monasteria ab inimicis Crucis Christi igni combusta. Insuper & Antiochia capta est, & cum Monasterio nostro igne & ferro depopulata. Post Rudolphum, celebrato Capitulo Generali in Conuentu Burdegalensi, Prouinciæ Aquitanix, in die Epiphaniæ, anno Domini M C C L X I I I. Frater Petrus de Amiliano Prouinciæ Narbonensis, Rutinensis Natione, Vir deuotus, fuit concorditer in Generalem Priorem electus. Rexitq; x x. annis, partim sub Gregorio Decimo, qui Lugdunense Concilium celebrauit. Iste pius Pater per omnia Venerandus celebrauit Capitulum in Monte Pessulano in die Penthecostes, anno Domini M C C L X X V I I. tempore Ioannis

In Capitulo
Generali, in
Conuentu
Burdegalensi
celebrato,
fuit electus
in Priorem
Generalem
Petrus Ruti-
nensis.

Papæ

Papæ Vigefimiprimi. In hoc loco Montis Peffulani contigit magnum miraculum de fubleuatione Reliquiarum per solos Fratres Ordinis noſtri. Porro anno Domini M C C L X X X I. celebrauit Capitulum in Conuentu Londoniarum in Anglia, in die Penthecoſtes, tempore Martini Papæ Quarti. Deinde aliud in Prouincia Lombardiæ in die Penthecoſtes, anno Domini M C C L X X X I I I. Hinc Honorius Quartus conceſſit poſtea uiua uoce, quòd Fratres noſtri albas cappas reaſſumerent, non confirmands hoc literis, morte præuentus. Tunc anno Domini M C C L X X X V I I, in die Beatæ Mariæ Magdalenæ iterum fuit Capitulum Generale in Monte Peffulano celebratum. Conuenientibusque illuc Prouincialibus tam Terræ Sanctæ & Siciliæ, quàm Prouinciæ Tufciæ, Franciæ, Alemanæ, Lombardiæ, Aquitanæ, Angliæ, Hiſpaniæ, Hiberniæ, &c. Fratres noſtri albas cappas reaſſumpferunt, tempore Humar, ui Saracenorum coactè dimiſſas. Tunc impleta eſt Prophetia Bildegardis Ordinis Sancti Benediſti, libro de Nouiſſima Chriſtianæ Fidei perſecutione, Cap. Filiæ Syon. Venient æqui uarij coloris, quorum egreſſio ab Oriente in Occidentē, ſed mutato uellere paulatim incedent. Horum progreſſio ab Occidente in Orientem, hi primi & nouiſſimi. Hæc in Monte Sancti Roperti iuxta Pinguam, Maguntinenſis dioceſis fuit, ubi eius corpus ante ſummum altare uidi honorificè locatum & eleuatum. Fuerunt enim ab initio & prima inſtitutione deſuper albis Pallijs cooperti, teſte Ioanne xliiij. Docuit Helias hanc Religionem aſſumentes, debere Pallio ſuperueſtiri albo, quemadmodum eos albis indutos Dominus oſtendit Sabbathæ Patri Helix. Quos ideo candidatos uidit, quia Heliam, Monachiſticè uiuendi exemplar, erant imitaturi. In candore nedum mentali ſynceræ puritatis, ſed etiam corporali habitus. Hæc ille. Hoc albo Pallio Helias uocatum de aratro Helifeum tetigit, vultum in Monte Oreb operuit, Iordanem diuiſit. Iſtud etiam Pallium Helifeum de igneo curru proiecit. Virgo etiam Beatiffima Maria Zelatori ſuo præcipuo Anſelmo Cantuarienſi Archipræſuli, ſimiliter Sanctæ Brigidæ & cæteris dilectis ſuis, in candido amiſtu apparuit. Ipſa etiam uolens per omnia fratribus aſſimilari (teſte Ioanne in Apocalypſi Cap. xix.) Pallio candido ſuperamiſta perhibetur. Vxor (inquit) agni præparauit ſe, & datum eſt illi, ut operiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Anaſtaſius quidem Alexandrinus Epiſcopus, de Sancto Antonio, in Libro de eius vita, teſtatur eum albo fuiſſe indutum collobio. Alia (inquit) die Sanctus Antonius in loco eminenti, candenti præinctus ueste, procedentem iudicem ſuo prouocabat aſpectu, ſiagrans cupiditate martyrij. Hæc ille. De Carmelitis in Apocalypſi quæritur. Hi qui ſunt

Honorius
Quartus ui
ua uoce con
ceſſit reaſſu
mi Cappas
albas.

Prophetia
Bildegardis

Ioannes 44.
Patriarcha.
Qua de cau
ſa Carmeli
tæ Albis in
duti ſunt,
Cappis.

Apoc. cap.
19.

Anaſtaſius
Epiſcopus
Alexandri
nus.

Esdras Scri
ba.

Priuilegia à
Nicolao Pa
pa Quarto
Carmelitis
concessa.

sunt amicti stolis candidis, qui sunt, & unde uenerunt. Et responsum est. Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Scriba etiam diuinæ legis Esdras doctissimus id testatur dicens. Qui se de umbra seculi transtulerunt, splendentes tunicas à Domino acceperunt. Ob id Nicolaus Papa Quartus, Pallij albi assumptionem sub bulla plumbea Fratribus confirmauit. Secundo, immunitatem & Ordinis priuilegia ij. Idus Augusti, anno suo primo approbauit. Incipit, Solet annuere Apostolica Sedes pijs uotis. Tercio, Regulam Alberti per Innocentium Quartum mitigatam confirmauit. Kalen. Iulij, anno suo secundo. Incipit, Cum à nobis petitur quod iustum est. Quarto, confirmauit omnia data Alexandri Quarti, & Clementis Quarti, Prælatos à Fratrum uexatione cohibendo. Incipit, Ad audientiā nostrā peruenit.

Terra Sancta ab infidelibus deuastata, Conuentus Montis Carmeli funditus destruitur, & deinde Ordo in Europa multis claruit Illustribus Viris, Sanctissimis, & Doctissimis. Cap. 10.

Vuilhelmus
de Samuco.



CAPITULA quasi insuperabili ciuitate Acconensi per Saracenis anno Domini M C C X I. Vuilhelmò de Samuco teste, qui tunc per mare uix euasit, ut habetur Libro ix. Cap. viij. de peculiaribus gestis Carmelitarum, pro dolor demolitis at vastatis, tam in Accon, quàm in Tripoli, & alijs Terræ Sanctæ Oppidis & locis, omnibus Carmelitarum Ordinis Monasterijs, etiam primordialē totius nostri Ordinis locum in Carmelo destruxerūt, cunctis rebus igne crematis, post tempora habitationis Helix & suorum successorum M C C X & vnus annorum. Manet tamen Ecclesia nostri Cōuentus in Carmelo vsque hodie incombusta Saracenis nec audētibz neque valentibus infringere, ut testatur Magister in Theologia Sibertus in suis additionibus, etiā Magister Ioānes Dufeldorp Sacra Theologiæ p̄fessor, & Frater Petrus Fabri Lector Conuentus Schonomensis, qui nauigātes ad Sanctam Terram Ecclesiam à longe viderūt. Sed Magister Vuilhelmus ciuis Herlemenensis retulit mihi, q̄ anno M C C C L X X I X. fuerit cum multis in Monte Carmeli, & in Ecclesia, cuius testudo interior opere Mosaycō est depicta. Dixit insuper, non uidisse se maiorem. Tulerunt inde quinque captiuos infideles, alijs fugientibus. In hac Ecclesia est altare Theotocos Mariæ, à Sancto Iacobo Apostolo, post assumptionem Virginis, cōsecratum. Eodem anno, quo Conuentus Carmeli Montis fuit combustus igne, Generale Capitulum in Conuentu Treuerensi prouinciæ Alemanniæ in die Penthecostes fuit celebratum. Tunc Petrus de Amiliano cedens

Magister Si
bertus, Ma
gister Ioan
nes Dufel
dorp, & Fr.
Petrus Fa
bri.
Vuilhelmus
Herlemen
sis.

Capitulum
Generale in
Cōuentu Tri

cedens officio, paucis post tempore in Conuentu Colonienſi moriens tumulatus eſt. Deinde celebrato Generali Capitulo in Conuentu Burdegalenſi anno Domini **M C C X C I I I**. vnanimiter eſt electus Prior Generalis, Frater Raymundus de Inſulis, Cōuentus Tholoſani, anno primo Bonifacij Octauī. **Hic in primis, primo anno ſui Pontificatus, x. Kal. Auguſti, conceſſit, q̄ Prior loci pōt Fratres Epīſcopo praeſentatos ad praedicandum mittere.** Incipit, Religionis veſtra meretur honeſtas. Secundo, eodē anno, vij. Kal. Decembris, confirmauit Albarum Aſſumptionem Capparum. Incipit, Iuſtis petitionū deſiderijs. Tertio omnes libertates prius Ordini à Sede Apoſtolica cōceſſas anno ſuo tertio confirmauit, ij. Kal. Aprilis. Incipit, Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt. Quarto, Regulam Alberti, ab Innocentio Quarto mitigatam confirmauit. Porro anno Domini **M C C L X V I I**. à Filippo quodam Florentino inſtitutus eſt Ordo Fratrum Seruorū Virginis Mariæ, qui vocantur Spectantes, ſub Regula Sancti Auguſtini. A Celeſtino Quinto, Celeſtinorū Ordo, ſub Regula Sancti Patris Benedicti initium ſumpſit, anno Domini **M C C X C I I I**. Hinc Generalis Prior Raymundus anno quarto reſignans officium, ſtatim poſt obiit, Tholoſa ſepultus. Tunc celebrato Capitulo Generali in Conuentu Brugenſi Prouinciæ Franciæ in Flandria in die Penthecoſtes, electus eſt Prior Generalis Gerardus de Bononia, Magiſter in Theologia Pariſienſis, magnū ſuis temporibus lumen Eccleſiæ. Ibi promulgatis ſtatutis quinquaginta Rubricarum, vndecim ſub ordine Prouinciæ diuiſæ ſunt. Poſtea anno Domini **M C C C**. in die Penthecoſtes in Florentia Prouinciæ Tufciæ. Eodem anno fuit fundatus Conuentus noſter in Oppido Mechlinienſe. Et habuit à ſua fundacione Priores xxvj. Nunc vero habet xxvij. Venerabilem Patrem Sacræ Theologiæ Lectorem, Fratrem Ioannem Boytds. Deinde fuit iterum anno Domini **M C C C I I I**. Capitulum celebratum in Narbona in die Penthecoſtes, & poſt anno Domini **M C C C V I**. Tholoſa. Ibi ordinatum fuit feſtum Conceptionis Mariæ, & Venerabilis Sacramenti ſolemniter celebrari, atque de Sancto Ludouico ix. Lect. Deinde Ianuā in Prouincia Lombardiæ anno Domini **M C C C I X**. Eodem tēpore Clemens Quintus prohibuit alios tres Mendicantes noua loca circa noſtra conſtruere, niſi ad ſpatium centum quadraginta canonicarum, nonis Decembris, anno ſuo quarto. Incipit, Veſtræ Religionis ſtatum tranquillum & proſperum aſſectantes. Anno **M C C C X**. incepit Ordo Paulinorum, id eſt Sancti Pauli de Galatia, ſub Regula Sancti Benedicti. Conſequenter fuit Generale Capitulum Londoniæ celebratū in Anglia in die Penthecoſtes anno Domini **M C C C X I I**. Ibi inter cætera fuit ordinatum, q̄ poſt generalem confeſſionem diceretur

uerenſi fuit celebratum atque in Cōuentu Tholoſano, in quo fuit electus Prior Generalis Raynūdus.

Quæ conceſſit Bonifacius Octauus Carmelitīs.

Ordo Seruorum Beatæ Mariæ, qui vocatur Ordo ſpectatiui. Ordo Celeſtinorum.

In Capitulo Generali celebrato in Conuentu Brugenſi fuit electus in Priorem Generalem Magiſter Gerardus de Bononia.

Ordo Paulinorum.

tur sic. Ideo precor Beatam Virginem Mariam & omnes Sanctos Dei, & te Patrem orare pro me ad Dominum Iesum Christum. Hinc anno Domini M C C C X V. in Conuētū Colonienſi Prouinciæ Alemaniæ, Ibi fuit ordinatum, q̄ Ordinale Dominici Sepulchri per Reuerendū Magiſtrum Libertum de Beſa correctum obſeruarietur per totum vniuerſaliter Ordinem. Eodem anno obiit Frater Rutgerus Bacalaureus Pariſienſis Prouincialis totius Prouinciæ Alemaniæ. Succesſit illi Magiſter Ioannes de Sublobijs, qui interfuit Concilio Generali Lugdunenſi anno Domini M C C C L X I I. Ipſe cum Rutgero Colonia ſepultus eſt. Tunc Frater Symon de Spira electus nō rexit Morte præuētus, & Colonia tumultus.

Ordo Carmeliticus ex admonitione Virginis Glorioſæ circa annos Domini M C C C X V I. & poſt, Innumeroſior effectus eſt in Apoſtolicis Priuilegijs, & Viris Theologicæ & Philoſophicæ Sapientiæ doctisſimis. Cap. II.



Virgo Glorioſa Ioanni 22. apparens ut Ordinem Carmelitarū promoueret, iuſſit.

Quæ Ioines 22. Ordini Carmelitarū conceſſit.

GLORIOSISSIMA Dei Genitrix Virgo perpetua Carmelitarum Patrona & Mater ſingulariſſima addens adhuc gloriſicare Ionathan, id eſt Columbam, Ordinem ſcilicet Carmeli candore & prudenti ſimplicitate inſignem, memor dierum antiquorum, Helia, & ſuorum deuotorum Fidelium, apparens Domino Ioanni xxij. ante Papatum, dixit. Vidi tuam ad me Deuotionem, veluti igitur ego te ab aduerſario tuo liberabo, ad altiſſimum te promouens ſtatim, ſic videas ſimilem Fratribus meis vicem Helia Filij refundas. Regulam ab Helia & Helifeo in Monte Carmeli in eorūdem vita inchoatam, & per ſeruum Albertum ſcriptam & cōfirmatam, ſolidè approbabis. Insuper me & Filio meo iubente Priuilegium dabis, vt quicumque Ordinem meum intrauerit, à culpa & pœna liberatus in æternum ſaluus fiat. Iſta apparitio ſub Bulla plumbea cum Indulgentijs fertur eſſe in Anglia. Inſtrumentum vero eiſdem, in Conuentu Ianuenſi. Hic ergo Ioannes xxij. Inſuſionibus Diuinis obediens. In primis, anno ſuæ Coronationis primo Ordinem noſtrum cum omnibus quæ illius ſunt, ſub proteſtatione ſedis Apoſtolicæ aſſumpſit, eximens eundem à Pontificum Iuriſdictione, anno Domini M C C C X V I. Incipit, Sacer Ordo veſter in Agro Dominico. Secundo, aliorum Prædeceſſorum ſuorum Ordini noſtro indulta confirmauit, & grandiora addidit. Deſuncto autem anno Domini M C C C X V I I. Magiſtro Gerardo Priore Generali in Conuentu Aui-nionenſi, poſtquam totum Ordinem rexisset laudabiliter, poſt inſignia Theologiæ & Philoſophiæ non pauca quidem volumina ab eodem conſcripta

scripta celebratum fuit Capitulum Generale in Burdegalia, in die Penthecostes anno Domini **M C C C X V I I**. In hoc Capitulo fuit electus Magister Guido de Perpiniano. Tunc fuit diuisa Prouincia Alemanix in superiorē & inferiorem, & additæ sunt ad **xj.** Prouincias aliæ tres, scilicet Narbona, Apulia, & Scotia, & sic **xv.** Prouinciæ Ordinis assignatæ sunt. Iste Guido post tres annos fuit à Ioanne **xxij.** assumptus primo, Maioricensis Episcopus, deinde Aluentis, Doctor inter præcipuos commendatus. Qui post grandia pluraque & instructissima edita volumina, **xxj.** Augusti, iuit à seculo nequam, corpore Auinione sepulto. Hoc assumpto, anno **M C C C X X I.** in die Penthecostes in Monte Pessulano Generali Capitulo celebrato electus fuit Magister Ioannes de Alerlo, Conuentus Tholosani. Ibi statuerunt Patres fieri octauas de Corpore Christi, & festum nouem lectionum de Sanctis, quorum corpora in Conuentibus Ordinis nostri quiescunt. De Sanctis quoque, quorum nomina habentur in Canone Missæ, ac de Sanctis Apollonia & Barbara. Eodem anno, **xj.** Kal. Augusti, Ioannes **xxij.** anno suo quinto, promulgauit illam Decretalem, Vas electionis, in stabilimentum quatuor Ordinum Mendicantium. Itē, viij. Idus Augusti, anno suo sexto, prohibuit alijs tribus Ordinibus Mendicantium recipere Carmelitas ad suum Ordinem sine speciali Generalis Prioris licentia. Incipit Sacræ Religionis, in qua virtutum Domino. Cōsequenter anno suo vij. q̄ Fratres nostri recipere Sacros Ordines possint à quocunque Catholico Episcopo. Incipit Religionis vestræ synceritas meretur. Instituit etiam Ordinem Militiæ Iesu Christi, vt resisterent Saceracenis, sub Regula Sancti Augustini, anno **M C C C X X I I**. Porro anno Domini **M C C C X X I I**. celebrato Capitulo Generali Barchinone in Cathalonia Prouinciæ Hispaniæ in die Pēthecostes, ordinatū fuit, q̄ Salue Regina diceretur in fine omnium horarum, & q̄ Gloria in excelsis in omnibus Missis Beatæ Virginis diceretur. Et q̄ in principio Capituli Generalis cantaretur Missa de Spiritu Sancto, & fieret sermo. Item q̄ Fratres Clerici annuē dicerent tria Psalteria, laici verò tria millia Pater noster, pro Fratribus & Benefactoribus Ordinis defunctis. Etiam q̄ semel in Hebdomada per Aduentum fierent nouem lectiones de Beata Virgine, dum laudes non impedirent. Hinc fuit celebratum Capitulum Generale Albiæ in Prouincia Aquitanix, anno Domini **M C C C X X V I I**. in die Penthecostes. Ioannes autem **xxij.** anno suo vndecimo, **xj.** Kal. Dec. equiparauit Ordinē nostrū Prædicatoribus & Minoribus in statuto. Dudum super cathedram. Incipit, Inter ceteros Ordines. Et q̄ Cymiteria nostra benedici possunt liberē ab alieno Episcopo, si proprius recusauerit, anno suo decimo quinto, viij. Idus Ianuarij. Incipit, Merita vestræ Religionis.

In Capitulo Generali Burdegali celebrato Guido de Perpiniano Generalis Prior effectus est.

In Capitulo Generali, quod fuit celebratum in Monte Pessulano, Magister Ioannes de Alerlo fuit electus Prior Generalis. Multa alia à Ioanne 22. Carmelitis concessa.

Ordo Militiæ Iesu Christi.

In Capitulo Generali in Valencenis celebrato fuit electus Magister Petrus de Caesa in Priorem Generalem.

Benedictus xii. fuit Carmelita, qui nonnulla declarauit.

In Capitulo Generali Lugdunice celebrato electus fuit in Priorem Generale Magister Petrus Raymudi.

gionis. Deinceps autem resignato officio per nouem annos Ioannes de Alerio Pater magnæ laudis, non multo post deficiens, sepultus est in Cōuentu Tholosano. Tunc anno Domini M C C C X X X. Capitulo Generali in Valencenis Prouinciæ Franciæ celebrato in die Penthecostes, electus fuit Prior Generalis Magister Petrus de Caesa, Conuentus Bononiensis Prouinciæ Aquitaniæ. Iste celebrauit Capitulum Generale in Conuentu Nemanfensi Prouinciæ Narbonensi in die Penthecostes, anno Domini M C C C X X X I I I. Aliud in Conuentu Bruxellenfi in Brabantia Prouinciæ Alemaniæ inferioris, in die Penthecostes, anno Domini M C C C X X V I. Istius tempore Benedictus xij. primo Doctor Sacræ Theologiæ Ordinis Carmelitarum, deinde assumptus in Abbatem in Ordine Sancti Benedicti, anno Domini M C C C X X X I I I I. Statuit q̄ nullus Fratrum Ordinis nostri se ad Ordinem Sancti Benedicti transferret vel Bernardi, sine licentia Summi Pontificis speciali. Incipit, Regularem vitam. Secundo declarauit q̄ Ordines Mendicantiū sine redditibus viuētes, sint arctioris vitæ quā Carthusienses. Incipit, Omnis humanæ naturæ statum, Nonas Decembris, anno suo primo. Hinc fuit Capitulum Generale in Conuentu Lemouicensi in die Penthecostes celebratū, anno Domini M C C C X X X I X. Ibi fuit statutum, q̄ de Sancto Martiali & Sancto Timotheo fieret Festum Duplex vt vnus Apostoli, & Duplex Festum de Sancta Vrsula. Insuper ix. Lect. de Sanctis Mauro & Saturnino. Iste Petrus postquā rexisset Ordinem annis xij. assumptus fuit per Clemētem Sextum in Episcopum Vasionensem, deinde in Patriarcham Hierosolymitanum. Ipse post plures conscriptos libros & tractatus deficiens, in Ecclesia Vasionensi sepultus est, miraculis clarens, tertia die Augusti. Post illius assumptionem, anno Domini M C C C X L I I. fuit Capitulum Generale Lugduni in die Penthecostes celebratum. Vbi electo Magistro Petro Raymundi de Grassa, Cōuētus Tarsacij Prouinciæ Narbonensis, fuit statutum & approbatum officium Sororum Virginis Mariæ in die Urbani celebrandum. Item q̄ Octauæ fierent de Corpore Christi, de Sancto Michaelē, & de omnibus Sanctis. Collegit Magister Petrus diuersa Ordinis statuta in volumē vnum, sub Rubricis L X I X. additis adhuc quatuor Prouincijs, scilicet Romana, Tholosana, Bononiēsis, Cathalonia, ac si essent decem & nouem. Post Vasconia Prouincia addita est. Etiam q̄ Antiph. Ave Regina celorum. Vers. Ora pro nob. Coll. Protege, semper post Gratias dicerentur à Fratribus extra Refectorium comedentibus. Clemens Sextus anno suo primo, Nonas Augusti, concessit q̄ Oblationes vltimarū voluntatum liberē reciperemus sine canonica reddenda portione. Incipit, Necessitatibus vestris Paterno compatientes affe-

su.

An. Hinc fuit celebratum Capitulum Generale in Conuentu Mediola-
 nensi in Prouincia Lōbardia anno MCCCXLV. Post in Conuentu Vie-
 tenfi Prouinciæ Franciæ in die Penthecostes anno MCCCXLVII.
 Aliud in Cōuentu Perpinianensi, anno Domini MCCCL I. Deinde Tho-
 losæ anno MCCC LV. In hoc Capitulo fuerunt confirmata statuta per Re-
 uerendum Magistrum Petrum collecta in vnum. Hoc tempore Clemēs
 Sextus anno suo sexto approbavit exemptionem Fratribus per Ioannē
 xxij. concessam, & statuit q̄ coram nullo Episcopo trahi possumus ad iu-
 dicium. Incipit, Sacer Ordo vester in Agro Dominico. Iste Clemens ha-
 buit confessorum de nostro Ordine Fratrem Petrum de Bereto, & consti-
 tuit illum esse Episcopum Nationensem. Iisdem temporibus in Anglia
 floruit Magnus ille Iuris & Theologiæ Doctor Ioannes de Bachone Pro-
 uincialis Angliæ, omnium sui temporis Theologorum Princeps. Scri-
 psit etiam pene innumera opuscula. Mortuo post xv. annos Magistro
 Petro, & in Monte Pessulano tumulato, fuit Capitulum Generale in
 Conuentu Burdegalensi anno Domini MCCC LVII. in die Natiuita-
 tis Mariæ celebratum. Ibi electus fuit Generalis Prior Magister Ioannes
 Balistarij. Ipse suo tempore secundum in Theologia non habuit. Hic an-
 no Domini MCCC LXI. Capitulum Generale celebravit in Conuen-
 tu Treuerensi Prouinciæ Alemanniæ inferioris. Hinc aliud Ferrariæ in Pro-
 uincia Lombardiæ, anno Domini MCCC LV. Clemens etiam Sextus an-
 no suo primo, decimo Kal. Septembris, constituit q̄ non daremus deci-
 mas de his, quæ infra cepta locorum colimus. Incipit, Dilectos Filios
 Priorem Generalem. Porro Innocentius Sextus anno suo quinto præ-
 dictum indultum confirmavit, anno Domini MCCC LII. Incipit, pro-
 uisionis nostræ. Secundo, idem Innocentius concessit, q̄ tempore inter
 dicti Diuina possumus etiam in aliorum Ecclesijs celebrare, v. Kal. Octo-
 bris, anno suo octauo. Incipit Sacra vestra Religionis. Tempore Inno-
 centij Sexti Ordo Virorum ac Mulierū Sanctæ Brigidæ & Saluatoris or-
 tum habuit in Suetia, anno Domini MCCC LX. & habet Regulam per se.
 Postea Ordo Nefnatorum, sub Urbano V. incepit, & dedit eis Albam Tu-
 nicam, cum capucio contemptibili, & eorum Protector griseum clami-
 dem addidit, anno Domini MCCC LXVI. Ordo nouus Canonicorum
 Regularium, dicti vulgariter Scopitini, sub Urbano V. in Senerfi Agro
 Sancti Saluatoris exorsus est, anno Domini MCCC LX. Isti habent Tu-
 nicas Albas & Scapulare Album, & Hastam super Camiscam lineam.
 Camaldulensium Ordo per Beatum Reomaldum fuit institutus, sub Re-
 gula Sancti Augustini. Porro Calamitramiæ Militum Cisterciensium Or-
 do, sub Regula Sancti Benedicti militat, & Fratres habent Crucem in la-

Ioannes de
 Bachone
 Anglicus.

Capitulum
 Generale i
 Conuentu
 Burdegalen-
 si celebratū
 fuit, & ele-
 ctus est in
 Priorē Ge-
 neralem
 Magister Io-
 annes Bali-
 starij.

Ordo Sctæ
 Brigidæ.

Ordo Nefna-
 torum.

Ordo Cano-
 nicorum Re-
 gularium,
 qui vulgariter
 Scopitini
 dicuntur.
 Ordo Camal-
 dulensium.
 Ordo Ci-
 sterciensium.

Ordo Militiæ Spiritus Sancti.

tere dextro. Consequenter Ordo Militiæ Spiritus Sancti est sub Regula Sancti Augustini. Isti supra Nigram Cappam apertam habent Rubeam Crucem, vt Gladius in pectore.

Circa ista tempora multi utriusq; sexus claruerunt Ordinis Carmelitarum, doctrina Illustrissimi, Orbem illuminantes. Cap. 12.

Andreas
Episcopus
Fesulanus
Carmelita.



Is temporibus Sanctus Andreas ante Natiuitatem Virgini Mariæ a parentibus promissus, quintodecimo Vitæ suæ anno Ordini donatus est. Hic nedum generis, verum sanctitatis nobilitate præclarus, literarum studijs sufficienter Parisijs imbutus, veniens in Patriam suam, in Conuentu Florentino præfectus est. Post, Diuina Reuelatione cogente, Ecclesiæ Fesulanæ curam suscepit, & duodecim annis sanctissimè rexit. Enimvero quantum in honorem atq; amorem Dei Genitricis exarserit, narratu quidem difficile, quin & (ni fallor) impossibile foret. Vnde post plura conscripta volumina, post vigilem Dei ouium curam, in prædicando & hortâdo, post suæ eximiæ sanctitatis exempla, Virgo Gloriosa in nocte Natalis Christi eidem apparuit dicēs. Tertiodecimo die conspectu Filij mei & meo gauisus astabis. Qua reuelatione læticia sincera repletus, & qui prius ob victus austeritatem macilentus, tunc Seraphico colore perfusus, anno Domini MCCCXXII. migravit ad Christum. Natiuitatis vero suæ LXXXI. multis post obitum miraculis fulgens, sicut decuit amatorē Mariæ Virginis. Claruit etiam circa hæc tempora Magister Petrus Thomas. Hic (teste cancellario Cypri) ortum habuit ex Aquitania. Hic deditus literarum studijs, in Conuentu Cadomensi habitum nostræ Religionis assumpsit. Totum verò studium suum, & vitam sine intermissione post Deum Intemeratæ Virgini affectuosissimè dicauit, etiam in corporali sua necessitate recurrens ad eandem. Vnde plures habuit ab eadem Virginereuelationes. Dum aliquando anxius humana necessitate Virginem exoraret, dixit illi in visu. Ne timeas Petre, omnia tibi necessaria adijcietur. Altera die Deo suæque Genitrici gratias agens, postquàm Missarum cōpleuisset misteria, venit quidam mercator, & facta confessione dedit illi decem Aureos Regales. Exinde temporalium semper sufficiētiam à Deo consequutus est. Adeptis autem Parisijs Doctorum insignijs, post frequentes orationes, pro ordinis nostri stabilitate, in nocte Penthecostes instantius Virginem Mariam exorauit. Cui apparens illa dixit. Vsq; in finem mundi Petre, Religio Carmelitarum permanebit. Nam Helias il-

Gloriosæ
Virginis ap-
paricio.

S. Petrus
Thomas
Carmelita.

Quæ Maria
Virgo Petro
Thomas ap-
parens de
Carmelita-
rum Ordine
prædixit.

lius

lius institutor Filio meo apparente in Trásfiguratione, pro eadem causa postulauit, & impetrauit. Hic primo Episcopus Paçtësis, inde Patriarcha Constantinopolitanus, post multa conscripta volumina, similiter elegantissimorum & magistralium sermonum, postq; multa virtutum opera, factus Legatus in Alexandriam, vulneratus Infidelium telis, in Famagusta Cypri, in die Epiphaniæ migravit ad Christum, ciuitate Alexandria capta, anno Domini M C C C L X V I. Est vero sepultus ibi in Conuentu nostro clarens miraculis, sicut & in vita. Singulariter autem à loci illius incolis pro morbo Epidimix & Pestilentix imploratur. Consequenter Magister Ioannes Balistarij celebrauit Capitulum Generale in Monte Pessulano anno Domini M C C C L X I X. In hoc Capitulo fuit ordinatum, qd in Aduentu semel in Hebdomada fieret de Domina plenû officium, hoc modo. Ad Vesp. Capitulum. Ecce Virgo. Resp. Christi virgo. Hymnus. Ave Maris. Vers. Diffusa. Antiph. Ave Regina. Psal. Magnificat. Collecta. Deus qui de Beatæ Mariæ, Ad nunc dimittis. Antiph. Ecce Ancilla. Ad Matut. Inuitatorium, & alia, sicut in Annuntiatione eiusdem. Lectio vj. de Sermonem Loquamur. iij. lectio: de Euangelio Missus est. In laud. Antiph. Prophetæ. Cap. Egredietur. Hymnus. O gloriosa. Vers. Elegit. Antiph. Ave Stella. Psal. Benedictus. Collecta. vtsupra. Ad hor. Antiph. de Laud. Capitula sicut in Cômémoratione eiusdem. Resp. Diffusa, cum Alleluia. Collect. vtsupra. Ad Vesp. Antiph. Prophetæ. Psal. Dixit Do. &c. Cap. Resp. Hymnus. Vers. vt in primis. Vers. Ad Magnificat Antiph. Quàm pulchra. vel Alma. vel Anima mea. Completo. vtsupra. Post festû vero Epiphaniæ vsq; ad Purificationē isto modo. Ad Vesperas Cap. Beata es Maria. Resp. Confirmatum est. Hymnus. Ave maris. Vers. Diffusa. Ad Magnificat Antiph. Ave Regina. Collecta. Deus qui salutis, Ad Nunc dimittis. Antiph. Ecce completa. Ad Matut. Inuitatorium. In honore. Hymnus. Quem terra. In Primo Nocturno Antiph. Benedicta. Sicut myrrha. Speciosa. Psal. de Domina. Vers. Diffusa. Lectiones sex de Sermonem Loquamur. Resp. Sancta & immaculata. Confirmatum est. Beata es Maria quæ Dominum portasti. In secundo Nocturno Antiph. Specie tua. Adinuabit. Homo natus. Vers. Specie tua. Resp. Congratulamini. Continet in gremio. O magnum. In tertio Nocturno Antiph. Dignare me laudare. Gaude Maria. Post partum. Vers. Adiunabit eam. Lectiones tres de Euangelio. Erant Ioseph. Respon. Nesciens Mater. Beata Dei Genitrix Maria, cuius viscera. Gaude Maria. In laudibus Antiphona. O admirabile commercium. Capitulum. In omnibus. Hymnus. O Gloriosa. Vers. Elegit. Ad Bened. Antiph. Ave Stella. Collecta. sicut in Vers. Ad Hor. Respon. Diffusa, cum Alfa.

Catera

Cætera ut in Cômémoratione Virginis. Ad Vesperas Anti. O admirabile. Cap. Beata es Maria. Resp. Gaude Maria. Hymnus. Ave Maris. Vers. Dif fusa. Ad Magnificat Antiph. Alma, uel, Quàm pulchra. Colp. & Comple tor. sicut Heri. Huius Magistri Generalis tempore Gregorius xj. anno suo primo, Nonis Aprilis, anno M C C C L X X. concessit illi absolutio nem Apostatarum. Incipit, Profundi more Pastoris. Secundo confirma uit Indultum Innocentij Sexti, ij. Kalen. Iunij, anno suo secundo, & q̄ in aliorum Ecclesijs tempore interdicti Diuina possumus celebrare. Incipit, Prouisionis nostræ. Celebrato deinceps Capitulo Generali in Aquis Mortuis in Prouincia Prouinciæ i die Pêthecostes anno Domini M C C C L X X I I. statutum fuit, quòd Frater cuiuscunque conditionis obtinens aliquam à Generali Priore gratiam, statim uisendam traderet suo Prouin ciali, aut Priori Locali, sub priuatione eiusdem gratiæ. Magister igitur Ioannes postquàm Carmeli cœtum xvj. annis aurigasset, in Conuentu suo Maioriarum sepultus est xxiij. die Septembris, anno Dñi M C C C L X X I I I. Post hoc, anno M C C C L X X V. fuit Capitulum Generale cele bratum in die Penthecostes, in Conuentu Podiensi. In hoc Capitulo fuit electus Magister Bernardus Olenfis de Conuentu Minoricensi Prouinciæ Cathalonæ. Ibi statuerūt Patres, quòd in qualibet Hebdomada per Qua dragesimam, præter in ultima, fieret semel de Domina, cum consueto offi cio. Sic quòd in prima Hebdomada in secunda feria si uacaret, in secunda Hebdomada in tertia feria, & sic consequenter, cum Euangelio diei, & memoria de tempore, cum responforijs de feria si occurrerint illo die. Sin autem omnia responforia sint de Domina. Item quòd dictis gratijs addatur Psalmus De profundis. Requiem. Kyrie. Pater Noster. Et ne nos. A porta. Credo uidere. Collecta, Deus uenie. Absolue. Requie scant in pace. Porro Sanctus Theodericus Alemanus Ordinis nostri, summa Sancti Spiritus gratia præclarus, miraculorum gloria insignis, car nis domitor mirabilis, postquàm super nudo loricam ferream quotidie fuisset indutus, præsentē Vrbis Romanæ Senatore, puellam à Demonio liberauit. Inde in Ciuitate Senensi, surdo auditum restituit. In Ciuitate Florentina insuper contractum ex toto sanauit. Tandem in Conuentu Venetiarum, diem clausit extremum. Ibi ad eius sepulchrum, uisum mu lier cæca recepit. Alia similiter illuminata est, cappam illius oculis admo uens. Sanctus etiam Auertanus Gallus Lemouicensis, sublimis sancti moniæ Vir, xx. die Februarij, ingentium miraculorum gloria notus, apud Lucanam Ciuitatem, iuit ad Christum. Hic dum perpenderet se ab hoc seculo migraturum, cupiens introire Lucensem Ciuitatem, à custodibus, habita repulsa, ait. Veniet tempus, ut introducere me uobis uolentibus nō dabitur

Magister
Bernardus
Olenfis effe
sus est
Prior Gene
ralis in Ca
pitulo Ge
nerali in
Conuentu
Podiensi ce
lebrato.

Theoderi
cus Alema
nus Carme
lita, cuius
Miraculo
rum multi
tudo, &
mors expli
catur.

Auertanus
Gallus Car
melita.

dabitur facultas. Igitur abscedens paulisper, & Deo spiritum emittens, adeo miraculis coruscantibus effulsit, ut Clerus cum populo ad tanti Viri Reliquias intra ferendas accederet. Verum corpore eiusdem fixo, & omnino immobiliter permanente, ibidem cum summa Reuerentia ingentem construxerunt Basilicam. Aeque modo Francus de Senis, Vir Deo, atque suæ Genitrici deuotus, Carmeli Religionem signis magnopere & uirtute decorans, uarioq; corpus suum nudum ferro carpens castigansq; in Conuentu Cremonæ, Prouinciæ Lombardiæ, xj. die Aprilis, in pace quieuit, multis miraculis clarens. Angela Filia Regis Boemiæ, quæ Pragam illustrat, Ioanna & Anna Tholosanæ sacræ Virgines, prædignæ Regalis Mariæ pedissequæ, Domini Iesu Christi sponsæ, plenius oleo lampadibus uirtutum coruscæ, intrauerunt cum eo ad nuptias. Complures possemus adducere, tam mares, quàm fœminas, Helix Mariæque sequaces, cœlo notos & terræ cognitos, qui in sua gloria gloriam Dei reuelantes, miranda suæ sanctitatis monimenta, posteris reliquerunt. Sed non admittit affectata breuitas stilum longius euagari, Illustriores perstrinxisse, fatis sit.

Francus de
Senis Car
melita.

Angela,
Ioanna, &
Anna Virgi
nes Carme
litæ,

Scismatis tempore, etiam in nostro Sacro Ordine diuisio non potuit fundamentum supra petram positum euoluere. Cap. 13.



R B A N O proinde Sexto, anno Domini M C C C L X X V I I I. in Summum Pontificem electo, Cardinalibus in Ciuitatem Fundorum fugientibus, secutum est Scisma pessimum xl. annorum, usque ad Martinum Quintum, graui Ecclesiæ scandalo facto, & animarum iactura, propter Hæreses insurgentes. Alemaniam autem Priores Prouinciales fuerunt successiue Symon de Spira, Magister Henricus de Dullendorp anno Domini M C C C X L I I I. Magister Tilmanus Conuentus Aquensis, anno Domini M C C C L X V I. Magister Gotschalculus, Magister Hermānus, anno Domini M C C C L X X I I I. Porro Urbanus Sextus in primis, v. Septembris, primo suo anno, concessit Priori Generali auctoritatem absoluerendi Fratres ab excommunicatione & irregularitate. Incipit, Exigentibus tui sacri Ordinis. Secundo, eodem anno, vj. Kalen. Octobris, quod possumus uota cōmutare, iniustaq; bona incerta loco restitutionis recipere. Incipit, Meritis uestre Religionis. Tercio, xj. Kalen. Septembris, anno suo x. confirmauit constitutionem Benedicti xij. quod nostræ Religionis Fratres non se transferrent sine licentia Summi Pontificis ad Ordines Benedicti uel Bernardi. Incipit, Prouisionis nostræ debet prouenire subsidij, Quarto dedit Indulgentias trium Annorum,

Annorum, & totidem Quadragenarum omnibus Christi fidelibus qui Fratres nostros nominarent, siue Ordinem Beatæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli. Quo tempore fuit Generale Capitulum in Conuentu Brugensi in Flandria Prouinciæ Franciæ. Huius auctenticum instrumentum est in Conuentu Franchfordensi Prouinciæ Alemaniæ inferioris. Reuera autem hic intentissime est notandum illud Prouerbij. Dum caput ægrotat, cætera membra dolent. Vnde turbatione facta in Summo Pontifice, turbatus etiam extitit Ordo Carmeli. Proh dolor quidem, sed magis lugenda Sancta Mater Ecclesia. Quadam nempe Ordinis nostri Prouinciæ Urbano Sexto obediebant Alemania, Italia, Anglia, &c. Vnde ab Urbano Sexto Bernardus Generalis noster fuit huiusmodi Prouinciarum obedientia priuatus, eo quod sequebatur Clementem Septimum, cum Prouincijs Galliæ, Cathalonix, Hispaniæ, & huiusmodi. Man sit tamen Bernardus Rector super illos, qui Clementi obediebant. Instituit autem Urbanus, anno Domini MCCC LXXIX. Vicarium Ordinis Michaellem de Bononia. Qui anno Domini MCCC LXXXI. in Capitulo Generali Veronæ celebrato in die Penthecostes fuit electus ab his, qui Urbano obediebant. Post annos autem quinque Urbanus Michaellem absoluens, constituit Vicarium Magistrum Ioannem Rayde, de Lombardorū Prouincia. Ipse electus fuit postea in Generali Capitulo Brixienfi, anno Domini MCCC LXXXVI. Ipse rexit Prouincias Ordinis sibi subiectas ferè xvj. annis, Capitulum Generale habens in Conuentu Franchfordensi Alemaniæ inferioris, tempore Prouincialis Magistri Ioannis Brámart, anno Domini MCCC CXII. Hic terminauit cursum uitæ præsentis in officio, & sepultus est in Conuentu Mediolanensi. Illo defuncto, facta congregatione Patrum in die Penthecostes, anno Domini MCCC v. electus fuit Frater Matthæus de Bononia, sex & ferme annis regens. Porro prius, scilicet anno Domini MCCC LXXXII. Bernardus Generalis fautor Clementis Septimi cesit officio. Vnde Capitulo in Auinione celebrato, electus fuit Magister Raymundus Aquarij Prouinciæ Narbonensis, anno Domini MCCC LXXXIII. gubernans Prouincias sibi subiectas annis quatuor, & totidem mensibus, diebus decem. Huic successit Magister Ioannes Grosfi electus anno Domini MCCC LXXXIX. in Natiuitate Beatæ Mariæ Virginis, in Conuentu Perpinianensi Prouinciæ Cathalonix, anno primo sui magisterij, regens Prouincias sibi subiectas xxi. annis. Eodem anno fuit electus Prior Prouincialis Alemaniæ inferioris Magister Ioannes Brámart. Ipse anno Domini MCCC CV. mūdum linquēs, Colonix Terræ cōmendatus est. Post illum, Magister Henricus, deinde Magister Nicolaus. Consequenter anno Domini MCCC CXI. Magister Tho-

mas.

Diuisio inter Carmelitarum Prouincias unde ortum habuit.

In Capitulo Generali in Auinione celebrato fuit electus in Priorem Generalem Magister Raymundus Aquarij, qui successit Magister Ioannes Grosfi.

mas. Post uero uniuersale Concilium Pisis celebratum Papa Ioannes
 xxij. ut fieret Ordinis nostri obedientia uera & certa, Magistros Mat-
 thæum de Bononia, & Ioannem Grosfi, Magistros Generales Ordinis
 nostri diuifos cum Prouincialibus & Patribus utriusque partis, uocauit in
 unum Capitulum Bononiæ. Dominica secunda post Pascha. Vbi utroq;
 officium resignante, Reuerendus Magister Ioannes Grosfi ex utraque par-
 te unanimiter fuit electus, tredecimq; post annos regens, anno Domini
 m c c c c x x i i i i. iuit è Seculo. Huius tempore Martinus Papa Quin-
 tus prohibuit quatuor Ordines Mendicantium, alium Ordinem assumere,
 præter Carthusiensem, sine Summi Pontificis licentia speciali. Incipit,
 Viam ambitiosæ cupiditatis. Inter cæteros Ordines est Ordo Sancti
 Ambrosij Episcopi, sub Regula Sancti Benedicti, cum Grisea Cappa.
 Ordo Sancti Lazari, sub Augustini Regula, cum Rubea Cruce.
 Ordo Sancti Antonij, sub eadem Regula, cum Blauca Cruce.
 Ordo Cruciferorum cum Stella, sub eadem Regula, cum Rubea
 Cruce in dextra parte. Et Ordo Pœnitentium Mariæ Magdalenzæ, sub
 eadem Regula, & habent habitum Præmonstratensium. Ordo Sancti
 Iacobi de Alto Passio, sub Regula Augustini. Ipsi habent Cappas Nigras
 apertas, cum Rubea Conchula. Ordo de Mercede in Aragonia, cum
 aperta Cappa Rubea, & armis Regis Aragonie in pectore, sub Regula
 Augustini. Ordo Sclauorum cum Nigris Cappis clausis, est sub eadem
 Regula. Ordo Sancti Petri de Magella subest Regulæ Sancti Augusti-
 ni. Ipsi habent Cappas Nigras apertas. Ordo de Sancta Burga, eodem
 habitu & Regula. Ordo Scotorum sub eadem Regula, & Cappa Nigra
 clausa. Ordo Fontis Ebrardi, sub Regula Sancti Patris Benedicti.
 Ordo Fratrum Mamopolit. Ordo Sancti Victoris concordat cum
 Regularibus. Ordo Stegentium, siue Stantstengentium subest Regulæ
 Sancti Augustini. Ipsi habent Collobia Nigra. Ordo Fratrum & So-
 rorum Cellitarum Sancti Alexij, sub eadem Regula. Ordo de Orto
 Coeli. Ordo Sancti Thomæ. Ordo Sancti Eligij. Ordo Sancti Co-
 lumbani Abbatis. Porro nouus Ordo Mendicantium ortum habuit
 tempore Innocentij Septimi à quodam Redo nomine, quem Gregorius
 x. approbavit tempore Scismatis, anno Domini m c c c v i i. sub Bea-
 ti Hieronymi Titulo, subest Regulæ Sancti Augustini. Eugenius Quar-
 tus dedit eis Habitum Griseum cum Scapulari eiusdem coloris & Pallio.
 Ordo Canonorum Celestini Habitibus, Congregationis Sancti Geor-
 gij de Alga apud Venetias oritur, tempore Gregorij xij. per Nobilem
 Virum Laurentium, anno prædicto, sub Regula Sancti Petri, à Gregorio
 xij. confirmatus. Ordo Monachorum Alborum, id est Ordo Montis

Ioannes 27.
 Prouincias
 in unum co-
 iunxit.
 Ordo sancti
 Ambrosij.
 Ordo sancti
 Lazari.
 Ordo sancti
 Antonij.
 Ordo Cruci-
 ferorum.
 Ordo Pœni-
 tent. Mariæ
 Magdalenzæ.
 Ordo sancti
 Iacobi de
 Alto Passio.
 Ordo de
 Mercede.
 Ordo Sclauo-
 rum.
 Ordo sancti
 Petri de Ma-
 gella.
 Ordo de Sã-
 cta Burga.
 Ordo scoto-
 rum.
 Ordo Fontis
 Ebrardi.
 Ordo Fratrum
 Mamonopo-
 li.
 Ordo sancti
 Victoris.
 Ordo Ste-
 gentium.
 Ordo Celli-
 tarum.
 Ordo de Or-
 to Cœli.
 Ordo sancti
 Thomæ.
 Ordo sancti
 Eligij.
 Ordo sancti
 Columbani.
 Nouus Or-
 do Mendi-
 cantium.
 Ordo Con-
 gregationis
 sancti Geor-
 gij de Alga,
 qui & Cano-
 nicorum Ce-
 lestini colo-
 ris dicitur.

M Oliueti

Ordo Mon-
achorum.

Ordo Cano-
nicorum Re-
gularium.

Ordo Refor-
mationis
Nouæ.

Ordo Here-
mitarum San-
cti Hierony-
mi.

Olmeti nouus, in Senensi Agro à Nobilissimis Viris initium sumpsit, quem Gregorius xij. confirmauit, & ob honorem Virginis Mariæ album Habitum dedit, sub Regula Sancti Benedicti. Ordo Canonorum Regularium temporibus Ioannis xxij. initium habuit, anno Domini m c c c c x i. dum Pisis Synodus haberetur, in Lucensi Agro, à quodam Fratre Iacobo Brixiano Ordinis Sancti Dominici. Et uocatur congregatio Frisonaria à loco, dicti vulgariter Fratres de Camisca. Ordo Reformationis Nouæ per Venerabilem Virum Ludouicum Barbum, in Monasterio Sanctæ Iustinae apud Patauiam Urbem, ubi Religio à Discipulis Regularibus deciderat, restauratur, anno Domini m c c c c x i i. sub Regula Sancti Benedicti. Ordo Heremitarum Sancti Hieronymi, sub noua Regula, ex dictis Beati Hieronymi excerpta, per Sanctum Lupum instauratus est.

Ab anno Domini m c c c c x x v. nostra Religio à multis Summis Pontificibus fuit gratijs munita.

Cap. 14.

Magister Bar-
tholomæus
Racoli ele-
ctus à Prior
Generalis in
Capitulo Ge-
nerali in Cō-
uentu Nau-
tenensi cele-
brato.
Capitulū Ge-
nerale cele-
bratum fuit
in Conuen-
tu Ratifpo-
nensi, in quo
fuit electus
Prior Gene-
ralis Magi-
ster Ioānes
Faci.



O s t decessum Ioannis Grossi anno Domini m c c c c x x v. facta Vniuersali Congregatione Patrum Ordinis nostri in Cō-uentu Nautenensi in Britania in die Penthecostes, electus fuit totius Ordinis Prior Magister Bartholomæus Racoli. Hic quatuor annis regens, assumptus est à Martino Quinto Episcopus Marsiliensis. Deinceps Capitulo Generali in Conuentu Ratifponensi Prouinciæ Alemaniae superioris, anno Domini m c c c c x x x. celebrato, omnibusq; Gremialibus confessione facta, cōmunicantibus, & super electione fienda iuramentum præstantibus, inuocato Spiritu Sancto, electus fuit Magister Ioannes Faci, de Conuentu Auinionensi. Illo tempore erat Prouincialis Alemaniae inferioris Magister Petrus de Noua Ecclesia. In hoc Capitulo fuit renouatum, qd semel in Hebdomada per Quadragesimam fieret officium de Beata Virgine, dempta ultima. Post hoc celebrauit Capitulum Generale, anno Domini m c c c c x i. in Conuentu Astenensi. Aliud in Conuentu Cabiloniae in Prouincia Narbonensi, anno Domini m c c c c x l i i i. In hoc Capitulo fuit institutus Prior Prouincialis Alemaniae inferioris Magister Gotfridus de Loe Conuentus Mechliniensis. Hinc aliud Capitulum Romæ ad Sanctam Mariam Maiorem in die Penthecostes xxvij. Die Maij, anno Domini m c c c c x l i x. Eodem anno Magister Ioannes Faci fuit per Eugenium Quartum assumptus Regensis Ecclesiae Episcopus. Post cuius assumptionem uacabat officium duobus annis. Impetrauit autem Reuerendus Magister Ioannes

Faci

Quæ Euge-
nius Quar-
tus Ordini
Carmelita-
rū cōcessit.

Faci ab Eugenio mitigationem Regulæ quo ad esum carniū, anno eius primo, xv. Kalen. Martij. Incipit, Romani Pontificis Prouidentia circumspecta. Secundo, ab eodem anno eius v. auctoritatem quam habent Minores Pœnitentiarij in Vrbe, vij. Kalen. Maij. Incipit, Sacræ Religionis. Tertio, idem **Eugenius** **renouauit & confirmauit** data Ioannis xxij. Dudū super cathedram. & Vas electionis, anno suo xvj. xvij. Kalen. Februarij. Incipit, Gregis nobis crediti. Item à Nicolao Quinto confirmationē Eugenij de Confessionibus audiendis, anno Domini **MCCCCXLVIII.** anno eius secundo. Incipit, Prouisionis nostræ. Item ab eodem anno suo tertio, de Decimis non dandis, anno Domini **MCCCCXLIX.** Incipit, Inter cætera nostræ sollicitudinis. Porro anno Domini **MCCCCLI.** celebrato Capitulo in Auinione in Festo Omnium Sanctorum, electus fuit Generalis Magister Ioannes Soreth, vir deuotissimus, natione Nortmānus, Conuentus Cadonienfis, sui Ordinis restaurator, & regularis uitæ collapsæ elegans reformator, memoria dignus, non sine maximis periculis & laboribus. Huic Magister Rolandus Brito Ordinis Prædicatorū, tale coram pluribus dedit testimonium. Carmelitæ elegerunt pro Priore Generali præstantissimum sacerdotem Ecclesiæ Dei. Porro anno Domini **MCCCCLIII.** Idus Maij, etiam Conuentum Mechlinensem in bonam uitam restaurauit. Vbi ex uoluntate & mandato prædicti Magistri Reuerendissimi, qui me misit, Venerabilis Prior loci Frater Ioannes de Platea, Zelator uitæ Regularis, habitu Sanctæ Religionis me induit, anno Domini **MCCCCV.** Mensis Aprilis die sexta, quæ fuit tertia dies Paschalis Festiuitatis. Fundauit etiam Reuerendissimus quinque Monasteria Virginum Ordinis nostri, obtinendo eis à Nicolao Quinto eadem sororum Priuilegia Augustini, & Prædicatorum, anno Domini **MCCCCLII.** Nonis Octobris. Incipit, Cum nulla fidelium conuentio. Ipse celebrauit Capitulum Parisijs, anno Domini **MCCCCLVI.** Ibi fuit ordinatum, quod de Sancto Lazaro fiet officium, sicut de uno Martyre & Pontifice, & in Letanijs diceretur Sancte Alberte, Sancte Cyrille, ora pro no. Tunc supportatus ab officio Magister Gotfridus, iterum fuit institutus Magister Petrus de Noua Ecclesia Prouincialis. Hinc anno Domini **MCCCCLXII.** celebrato Capitulo Generali in Conuentu Bruxellensi Prouinciæ Alemanicæ inferioris, in die Penthecostes, fuerunt Statuta Ordinis innouata, approbata, & conformiter acceptata, quæ Generalis Prior Magister Ioannes Soreth collegit in unum. Anno sequenti defuncto Magistro Petro Prouinciali, Reuerendus Magister Martinus Aqueus in Capitulo Prouinciali Coloniz celebrato, fuit electus, qui ut bonus pastor, regularem uitam augmentare & continuare curauit. Impetra-

Magister
Ioannes So-
reth electus
fuit Prior,
Generalis,
in Capitulo
Generali in
Auinione ce-
lebrato.

Auctor Reli-
gionem in-
greditur.

uit Reuerendissimus Pater Soreth à Nicolao V. quòd nemo Ordinis nostri se transferret ad alium, nisi ad Carthusiensem, sine licetia Summi Pontificis speciali, anno Domini M C C C L I I I. Incipit, Romanorum gesta Pontificum. Secundo, à Calixto Tertio confirmationem & declarationem de confessionibus audiendis, anno Domini M C C C L V I. Incipit, Inter cetera, quæ nostræ pastoralis. Tertio, quòd nullus beneficiatus potest habere administrationem in Ordine, sine Prioris Generalis licentia, anno eiusdem Calixti primo. Incipit, Ad Romanum Pontificem. Quarto, quod Fratres in Reformatione uiuentes habent eligere Priorem, quem Prouincialis debet confirmare, anno Calixti secundo, anno Domini M C C C L V I I. Incipit, In decore sacræ Religionis. Quinto, à Pio Secundo mitigationem Regulæ quo ad ieiunium Feriarum tertiæ & quintæ post Exaltationem Sanctæ Crucis, anno Pij secundo, M C C C L I X. Nonis Nouembris. Incipit, Ad hoc Diuina miseratio. Sexto, eodem anno & die, quòd impediētes reformationem, ipso facto, sunt excommunicati. Incipit, Pontificalis auctoritas nos admonet. Septimo, Pius dedit, ut rebelles arctius emendaremus, eodem anno & die. Incipit, Sollicitudo Pastoralis officio. Octauo, à Paulo Secundo obtinuit, quòd Fratres reformati possunt eligere Priorem, quem debet Prouincialis confirmare, anno Domini M C C C L X V. pridie Kalen. Februarij, anno eius secundo. Incipit, Circa quorumlibet Regularium. Tandem pluribus priuilegijs Ordini obtentis, Dignissimus Pater Magister Ioannes Soreth, Generali Capitulo Aureliaci habito in Aquitania in die Penthecostes, anno Domini M C C C L X V I I. post multa cōscripta uolumina deuota, atque uirtutum opera, anno Domini M C C C L X X I. xxv. Iulij, postquàm xx. annis dignissimè Carmelum rexerat, Angeli obiit, miraculis clarus in hodiernum usque diem, sanctis meritis connumerandus.

In Capitulo Generali Astensis fuit electus in Priorem Generalem Magister Christoforus Brixienfis. Sancti Alberti Depremitæ canonizatio.

P o s t tanti Patris decessum, facta Congregatione Patrum in Ciuitate Astensi in die Penthecostes, anno Domini M C C C L X X I I. inuocato Spiritu Sancto, electus fuit Magister Christoforus Brixienfis. Porro Sixtus Quartus, anno suo primo, reuocauit, irritauit, annihilauit quandam Calixtinam, sinistrè in præiudicium quatuor Ordinum Mendicantium procuratam. Incipit, Quia in futurorum euentibus. Ipse etiam post hoc, illos maxime sua Auctoritate Apostolica præmuniuit. Igitur Magister Christoforus in primis à Sanctissimo Sixto Papa Quarto, anno eius primo, impetrauit Sancti Patris Ordinis nostri Alberti de Sicilia Canonizationem, sub Bulla plumbea, anno Domini M C C C L X X V I. pridie Kalen. Iunij, Pontificatus Sixti anno quinto. Incipit, Cœlestis Aula militum numerum augeri sancta letatur Ecclesia. Secundo, anno eodem obtinuit innouationem

innouationem & approbationem omnium Priuilegijs prius Ordini concessorum. Incipit, Dum attenta meditatione pensamus. Ibi concessit Priori Generali dispensationem, tam de Ieiunio quàm esu carnijs. Ita ut tres dies plures uel pauciores ad ieiunijs faciendum nominare ac remittere possit. Remissionem quoque peccatorum semel in uita, & semel in mortis articulo. Tertio, anno Domini MCCCCLXXVII. septimo Kalen. Septembris, Pontificatus Sixti anno sexto, exemptionis Ordinis confirmationem. Incipit, Sacer Ordo uester in Agro Dominico. Quarto, Cōfirmationem, Innouationem, & de nouo Concessionem & extensionem Indulgentiarum, anno eodem, septimo Kalen. Aprilis. Incipit, Dum attēta meditatione pensamus. Hinc Capitulo celebrato in Conuentu suo Brixiensi in die Penthecostes, anno MCCCCLXXVIII. fuit innouatum statutum antiquum, quòd de Sanctis, quorum corpora Romæ ad Sanctum Martinum in Montibus, & in cæteris Conuentibus Ordinis quiescunt, fieret Festum nouem lectionum. Insuper, quia illa multi ignorant, hæc esse sciant. Ad Sanctum Martinum in Montibus sub Summo Altari sunt Corpora Beatissimi Siluestri Præfulis & Confessoris, & Beati Martini Papæ & Martyris, Fabiani, Stephani, Sotheris Martyrum, & Summorum Pontificum. Arthemij & Sanctissimæ Filiæ eius. Cyriaci, Mauri, Papæ, Mirarij, Pergi, Smaragdi, Trafonis Martyrum, Anastasij, Innocentij Pontificū, Quirini, Leonis Episcoporum, Asterij, Sisini, Pollionis, Theodori, Nicandri, Crescentiani Martyrum, Beatæ Sotheris atque Paulinæ, Menemæ, Iulianæ, Cyrillæ, Theopistæ, Sophiæ Virginum & Martyrum. Quiriacæ & Iustæ Matronarum, & aliorum multorum, quorum nomina soli Deo sunt nota. Insuper quòd fieret Festum Duplex uel Totum Duplex, de omnibus illis Sanctis & Octauis, in quorum diebus & Octauis concessæ sunt Indulgentiæ in Sixtima. Item quod de cætero fierent Octauæ solenes, de Festo Epiphaniæ & Ascensionis Domini, & Michaelis. Et nouem lectiones xv. Februarij de Sanctis Faustino & Iouita. De Sancto Honorato Episcopo & Confessore, xxiiij. Aprilis. De Sancto Erasmo Episcopo & Martyre, tertia Iunij. Demum cum nouem annis prouide Gubernasset, Romæ ad Sanctum Martinum in Montibus, terris corpus liquit, uadens ad Creatorem, anno Domini MCCCCLXXXI. Tunc à Papa Sixto fuit constitutus Vicarius Ordinis Magister Vvilhelmus Crich Prouinciæ Turoniæ Brito. Qui anno eodem defunctus, successorem habuit Reuerendum Magistrum Pontium Conuentus Auinionensis. Iste anno Domini MCCCCLXXXI. in Capitulo Generali in Auinione habito in die Penthecostes fuit electus Generalis Prior. Ibi fuit ordinatum ut in die Corporis Christi & per Octauam ad nunc dimittis, diceretur Antipho. Alfa. Verbum

Quando Capitulum Generale fuit celebratum in Auinione fuit electus Prior Generalis Magister Pontius Auinionensis.

bum Caro Factum est. Et ad Hymnos eiusdem metri. Gloria tibi Domine qui natus. Et quòd loco Vers. Oculi, & Edent. per octauas Natiuitatis Christi. Verbum caro, & per Octauas Paschæ. Hæc dies. Et Festum Decem Millium Martyrum, Duplex esset. Eius tempore Innocentius Octauus anno suo primo, tertio Kalen. Februarij, anno Domini M C C C C LXXXIII. confirmauit omnia Priuilegia Ordinis prius data, similiter Indulgentias. Incipit, Dudum attenta meditatione. Hinc Capitulo Generali celebrato in Conuentu Rupeculensi in Sabaudia, in Prouincia Prouinciæ in die Penthecostes, anno Domini M C C C C LXXXVI. fuit confirmatus Reuerendus Magister Ioannes Vvirici de Nussia, Prouincialis inferioris Alemanix, electus in Capitulo Prouinciali, resignato officio per Martinum senio confectum & debilem, postquam xxiiij. annis Prouinciæ præfuisset. Porro anno Domini M C C C C XCI. Reuerendus Magister Pontius celebrauit Generale Capitulum Romæ ad Sanctum Martinum in Montibus. Terminato Capitulo Reuerendus Magister noster Ioanes Vvirici, in reuersione infirmatus ad mortem, Diuina Prouidentia, sollicitudineq; Medici Domini Conradi Palentini Peritisimi conualuit, ne sit lupis præda Grex humilis Carmeliticæ Religionis, cum Dominus in agnos lupos non sustinet deseuire. Eo tempore Magnus ille Dominus Abbas Spanhemensis Ordinis Diui Benedicti Dominus Ioannes insignem librum de Ordinis nostri antiquitate, titulo, & laude, Insignibusq; & Illustribus Viris conscripsit, qui Dei Ecclesiam illustrarunt. Hunc librum Religiosus Pater Sacræ Theologiæ Lector Ioannes Lapidica Coloniensis Prior Conuentus Crucenacensis impressuræ cõmendauit, anno Domini M C C C C XCI. Porro anno Domini M C C C C XCI. de licentia Domini Reuerendi & Patris Domini Henrici de Bergis Cameracensis Episcopi, quam post multas sollicitudines & labores, altera die Sancti Lucæ Euangelistæ gratiosè obtinui, consecratus est locus, altera die undecim Millium Virginum, per Reuerendum Dominum Gotfridum Episcopum Dagnensem Domini Cameracensis in spiritualibus Vicarium & Suffraganeum, in Oppido Antvverpiense, Vbi consecratione completa, Missarum solènia celebraui primus, & in die Apostolorum populo uerbum Diuinum prædicaui bina uice & alijs diebus Festis. Et quia Domini de Capitulo grauit nos molestabant, ex præcepto Reuerendi Magistri nostri Ioannis Catterdic, qui huius operis fuit actor principalis, pergens Coloniam, multis precibus emolitus, descendit Reuerendus Pater noster Prouincialis, ut fraternalem cum Dominis de Capitulo unionem ageret. Sed quia nihil profecit, cum indignatione ad Coloniam remeauit. Tandem post festum Epiphaniæ Reuerendus Magister noster

Egidius

Egidius Fabri, qui prius Magistro Prouinciali assistebat, & sui coadiutores, in die Sanctæ Agnetis, post multas dietas in unam cum Dominis de Capitulo conuenerunt fraternalem unitatem. Ad laudem Omnipotentis Dei, suarq; Genitricis Mariæ. Amen.

CIRCA hæc tempora Reuerendus Pater Rumoldus de Laupach Prior Conuentus Franchfordensis Ordinis nostri, Lector Sacræ Theologiæ ad multorum mercatorum diuersarum Nationum instantiam, qui in itineribus multorum periculorum, precibus Beatissimæ Annæ sæpe se liberatos & præseruatos cognouerunt, ac repetitis uicibus in temporalibus & spiritualibus adiutos, ex præmeditata deliberatione, & deuotione sincera, ad gloriam Omnipotentis Dei, & reuerentiam Virginis Intemeratæ Mariæ, suorumq; prædignissimorum parentum Annæ & Ioachim, totiusq; eiusdem parentelæ spiritalem congregationem seu fraternitatem, anno Domini MCCCCLXXXI. in Festo Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, utriusque sexus diuersarum personarum erexit. Quam ascribendam intitulandamq; Matronæ prædigniori sacratissimæ Annæ & collegæ suo pastori Ioachim decreuit. Innocentius uero Octauus prædictam Confraternitatem, cum quibusdam Priuilegijs confirmauit. Similiter Dominus Bertholdus Maguntinensis Archiepiscopus. Hinc post ingentis structuræ inceptum schema & fermè totaliter consummatum, post allatas Sacrosanctæ Annæ Reliquias de Lugduno magnis cum periculis & laboribus, postque alias uarias uni homini intolerabiles curas & operas, post uaria loca septis nostri Conuentus Franchfordensis apposita, non sine multorum Consulum & Ciuium indignatione nobis incorporata, capellam in eodem Conuentu laboriosissimè construxit ad honorem Sanctissimæ Annæ. Vbi est tabula pretiosi operis argentea pro conseruandis Sanctissimæ Annæ Reliquijs, ab adunatis Confratribus ferè quatuor millibus reposita. Tandem iuit ad Christum Nonis Octobris, anno Domini MCCCCXCVI. Ad cuius Fraternitatis robur, & fidelium mentium ad Beatissimam Annæ deuotionem excitandam, Magnus Pater Dominus Ioannes Spanhemensis Abbas supradictus, anno Domini MCCCCXCVIII. clarum opus in Laudem Sacratissimæ Annæ conscripsit.

Diversi Summi Pontifices Ordinis nostri Benefactoribus quasdam contulerunt Indulgentias.

Cap. 15.

Leo Papa
Quartus.



Eo Papa Quartus, qui electus fuit anno Domini DCCCXLVIII contulit omnibus Christi fidelibus Ecclesias nostras uisitantibus in Natiuitate Christi, in die Sancto Paschæ Apostolorum Petri & Pauli, Penthecostes, Assumptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis Dei Genitricis Mariæ, Sancti Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, in duobus Festis Sanctæ Crucis, Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, Sanctorum Martyrum Fabiani & Sebastiani, in die Parasceues, & per Octauas dictarum Festiuitatum, in diebus Vocabulorum Omnium Ecclesiarum Ordinis nostri, vij. Annos, & totidem Quadragenas.

Adrianus Se-
cundus, &
alij multi.

Adrianus Secundus, Stephanus Quintus, Sergius Tertius, Ioannes Decimus, Ioannes xj. Sergius Quartus, Innocentius Quartus, in prædictis festiuitatibus, & in earum Octauis, tertiam partem omnium peccatorum, in Domino relaxarunt. Clemens Tertius, Alexander Secundus, Gregorius Quintus, Gregorius Septimus, in prædictis festiuitatibus & in qualibet earundem, similem gratiam largiti sunt.

Ioannes xx.

Benedictus
Decimus.

Ioannes xx. in omnibus diebus Quadragesimæ, & in omnibus festiuitatibus principalibus totius anni, duos Annos, & duas Quadragenas. Benedictus Papa x. qui ter in Hebdomada tempore Quadragesimali, secunda, quarta, & sextis Ferijs, & etiam in Festis Vocabulorum, necnon diebus Sabbathis ob Beatæ Dei Genitricis reuerentiam, & in diebus Dominicis piè uisitarèt, xl. annos, & totidem Quadragenas, & omnium peccatorum septimæ partis remissionem, in Domino relaxauit, omnes Indulgentias & peccatorum Remissiones suorum Prædecessorum duplicando.

Vrbani
Tertius.

Vrbani Tertius in omnibus diebus Quadragesimæ, & in omnibus festiuitatibus principalibus Anni, duos Annos, & duas Quadragenas.

Gregorius
Octauus, &
Innocentius
Quartus.
Clemens
Tertius.
Innocentius
Tertius.

Gregorius Octauus, Innocentius Quartus, contulerunt qualibet die cuiuslibet dicenti Pater Noster, & Ave Maria, in Ecclesijs nostris pro Viuis & Defunctis, xl. dies. Clemens Tertius in omnibus festiuitatibus principalibus Anni, & in tota Quadragesima, duos Annos, & ij. Quadragenas.

Honorius
Tertius.

Innocentius Tertius in diebus Natiuitatis Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, diebus omnibus Quadragesimæ, & quinque festiuitatibus Beatæ Mariæ, & in diebus Octauarum, duos Annos & duas Quadragenas.

Gregorius
Nonus.

Honorius Tertius in festis Vocabulorum, in die Parasceues, in die Sanctæ Crucis, in die Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, Assumptionis Dei Genitricis Mariæ, xl. Annos, & totidem Quadragenas. Gregorius Nonus in omnibus

nibus diebus Quadragesimæ & Festiuitatibus principalibus Anni, duos Annos, & ij. Quadragenas. Alexander Quartus in omnibus Quadragesimæ diebus in omnibus Festiuitatibus Anni, unum Annum, unâ Quadragenam. Urbanus Quartus in Festiuitatibus, & per Octauas Natiuitatis, Circuncisionis, Epiphaniæ, & per omnes dies Quadragesimæ, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, Corporis Christi, ac quinque Festiuitatibus Beatæ Mariæ Virginis, omnium Sanctorum, omnium Apostolorum & Euangelistarum, omnes Indulgentias suorum Prædecessorum duplicando, unum Annum, & unam Quadragenam relaxauit. Clemens Quartus in omnibus diebus Quadragesimæ, in Resurrectione & Ascensione Domini, Penthecostes, Corporis Christi, Ioannis Baptistæ, omnium Apostolorum, Mariæ Magdalene, quinque Festiuitatibus Beatæ Mariæ, omnium Sanctorum, Natiuitatis Domini, Circuncisionis, Epiphaniæ, in Dedicatione Ecclesiarum seu altarium, & per omnes Octauas. In stationibus totius anni, in Generalibus & Provincialibus Capitulis quamdiu durauerint, in diebus Sanctorum, quorum corpora requiescunt in nostro Ordine, centum Annos, & totidem Quadragenas. Idem Clemens Quartus. In die Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, Assumptionis Mariæ, xxx. Annos, xxx. Quadragenas. Ioannes xxij. In Natiuitate, Annuntiatione, Purificatione, Assumptione Virginis Gloriosæ, xl. Annos, & xl. Quadragenas. Urbanus Quintus. In Annuntiatione Virginis Mariæ, vij. Annos, & vij. Quadragenas. Nicolaus Quartus. In omnibus Festiuitatibus anni principalibus, & in totâ Quadragesima, unum Annum, unam Quadragenam. Nicolaus Quintus omnes Indulgentias & peccatorum Remissiones à supradictis Prædecessoribus suis concessas, duplicauit in prædictis diebus & festis, & Annos septem, & totidem Quadragenas in Domino relaxauit. Sixtus Quartus, & Innocentius Octauus in Annuntiatione, Visitatione, Assumptione, Natiuitate, Conceptione, Præsentatione ac Purificatione Virginis Gloriosæ, & per Octauas, & in diebus Vocabulorum, xxx. Annos, & totidem Quadragenas. Consequenter Leo Quartus his qui domos contractas Ordinis nostri reficiunt, septem Annos & septem Quadragenas. Adrianus Quintus, Stephanus Quintus, Sergius Tertius, Ioannes x. Ioannes xj. Sergius Quartus, Innocentius Quartus, omnibus qui domos contractas refecerint, pro fabricis ecclesiarum munera dederint, qui Confraternitatem Ordinis assumpserint, Calicem pro Missis celebrandis, uel Tobalias seu Mappas erogauerint, qui in præmissis uel quolibet præmissorum manus porrexerint adiutrices, qui in suis ultimis testamentis nobis aliquid legauerint, tertiam par-

Alexander
Quartus.Urbanus
Quartus.Clemen
Quartus.Ioannes 22.
Urbanus
Quintus.Nicolaus
Quartus.Nicolaus
Quintus.Sixtus Quar
tus.Leo Quar
tus.Adrianus
Quintus,
& alii sex.

N tem

Clemens
Tertius &
alii Tres.
Honorius
Tertius.

Honorius
Quartus.

Vrbanus
Sextus.

Sixtus Quar-
tus.

Vnde dici-
tur Religio.

Nicolaus
de Lyra su-
per Gen. 4.
Gen. 5.

Orosius.
Gen. 5.

Gen. 7.

tem omnium peccatorum in Domino relaxarunt. Clemens Tertius, Alexander Secundus, Gregorius Quintus, Gregorius Septimus, eandem gratiam largiti sunt. Honorius Tertius manus adiutrices nostris Fratribus porrigentibus xl. Annos & totidem Quadragenas in Domino relaxauit. Honorius Quartus, Innocentius Quartus, Fratribus manus adiutrices porrigentibus, omnium peccatorum suorum polliciti sunt. Vrbanus Sextus, tres Annos & totidem Quadragenas omnibus concessit Christi fidelibus, qui Ordinem nostrum, seu Fratres Beatae Mariae Virginis nominauerint. Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, xxx. Annos & totidem Quadragenas concesserunt, qui ad emptionem ornamentorum, Ecclesiarum complementum, & augmentum Diuini cultus, ac paramentis porrexerint manus adiutrices.

Q V I A Heliam Prophetarum eximium, omnium Religiosorum nifus sum afferere Patriarcham, Sanctorum testimonijs, & fontale principium, hoc uelim pium lectorem attente ruminare, quod Religio dicitur à Religo, eo quod nos religet ad Dei seruitium & cultum. Vel à Relego, quia Religiosi relegunt & retractant quæ Dei sunt. Vel à Rigeo, eo quod Rigida sit. Igitur post primorum lapsum Parentum, Humani Generis custos peruiuil Deus, statim prouiderat posteritati stirpis humanæ, occiso Abel iusto exemplar, unde haberet uero bono adhærendi cognitionem, & summum malum fugiendi. Nam Seth qui se religauit Deo, ueraciter obediendi, filium genuit Religiosissimum, Enos nomine. Iste cœpit inuocare nomen Domini, scilicet cultura speciali, & seruitio singulari, secundum Postillam Nico. de Lyra, Genesis Quarto. Vnde Filij Seth dicuntur Filij Dei. Consequenter Enoch, quia ambulauit cum Deo, id est in latría uerè Religionis Deo seruiuit. Genesis Quinto, transulit illum Deus, & non apparuit. Huius Sanctissimi Religiosi Seth Religio durauit in posteris suis annis mille sexcentis quadraginta duobus secundum Orosium, usque scilicet, Sancti Iusti & Sapientissimi viri Noe tempora. De quo Genesis v. Iste consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra cui maledixit Deus. Hic vir Religiosissimus, solus eo tempore iustus, Genesis vij. Prædicauit populo peccatori, à Religione Seth deuianti, centum viginti annis poenitentiam, secundum Lyræ. Nam multa malitia hominum erat in terra, & cuncta cogitatio illorum erat intenta ad malum. Istitis non obstantibus, Misericors Deus semper eruditos uiros conseruauit, qui uitam suam ad Deum religiosè seu religatè statuarent. Diluuio igitur finito, Religio Seth in filijs Noe, scilicet Sem & Iaphet, & illorum posteris, usque ad tempora Abraham fuit Deo ordinante obseruata per Heber & cæteros Sapientes. Abraham uerò Prophe-
ta San-

ta Sanctissimus Religionem Seth nedum continuauit, uerum etiam Dei mandato, signaculo Circumcisionis reddit perfectiorem. Ipse aedificauit altare Domino, & inuocauit nomen Domini, Genesis xij. Præcepit igitur filiis Domini Religionem Seth firmiter obseruare. Vnde dicitur Genesis xvij. Num celare potero Abraham? scio enim q̃ præcepturus sit Filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant uias Domini, & faciant iudicium & iustitiam. De Isaac enim habetur Genesis xxiiij. q̃ egressus fuerat ad meditandum in Agro, inclinato iam die, id est ad orandum, ut dicunt Glossatores. At uero Moyses Dei præcepto singularem Tribum, scilicet Leui peculiariter ad Diuinum cultum instituit, quatenus à Sacerdotibus, Scribis, & Senioribus, atque Leuitis populi restringerentur à peccatis, & per sacra scripta & doctrinas, confirmarentur in bonis. Post mortem autem Moyſi Iesus Filius Nauæ, & duodecim Duces, usque ad tempora Samuelis, eandem Religionem Seth erant continuantes cum Heli. Post istos Samuel Propheta Dei electus singulari modo, Religionem Seth ampliauit. Ipse enim nedum de Tribu Leui, uerum etiam uniuersaliter de omni Tribu Israel, Cuneum Prophetarum, id est Religiosorum collegit in unum. 1. Reg. 10. & 1. Reg. 19. Sub tribus tamen principalioribus punctis omnium Religiosorum eos non instituit. Nam & Samuel Filios habuisse, Regum testatur Historia. Deinde prostrato Saul, Dauid Prophetarum eximus, cumulum Deo religiose seruientium multipliciter augmentauit. Venit tandem post Dauid, electorum Dei Prophetarum numerus copiosus, inter quos Helias Propheta apparuit, qui Religionem Seth, sub Noe & Abraham continuatam, sub Moysen quantum ad Tribum Leui singulariter electam, à Samuele singulari modo institutam & excultam, nedum continuauit, selegit, & excoluit, sed in se & suis Discipulis perfecit & consummauit, quantum ad Obedientiam, Paupertatem, & Castitatem perpetuam. Huius Discipuli principales Libro Primo Capitulo Quarto, descripti sunt. Post decessum Sanctissimi Viri Helisei eius Discipuli egregij, Propheticæ Religionis seu Helianæ surgentes, sua doctrina populum erudiebant. De istorum numero fuerunt Isaias, Micheas, Morastices, Oseæ, Iohel, Amos, Naum, Abacuc, Sophonias, & ex utero Matris Deo consecratus Virgo Hieremias. Hi & alij complures usque ad Transmigrationem. Deinceps sub Transmigratione & post, magnus Ezechiel, virgineus Daniel, Zacharias, Aggeus, & Angelus Domini, dictus Malachias, Gloriosus Mardocheus, Iesus filius Syrach, atque talium Carmelitarum multi, peccata represissse populi inueniuntur, usque ad tempora Christi, uerbo, exemplo, mundum opacum illustrantes. Septima uero ætate uenit Christus Iesus, Propheta Prophe-

Gen. 12.

Gen. 13.

Gen. 24.

1. Reg 10.
& 1. Reg. 19.Omnes qui
Carmelitæ
fuerunt re-
cententur.

tarum, omnium Religiosorum Princeps & Caput. Hic Helicæ Religionem, prius quantum ad tria principalia puncta perfectam consummavit, tum numero personarum, tum sanctitate uirtutum. Tunc crescente segete, & Christo incrementum dante, floruerunt Carmelitæ sanctissimi Ioannes Baptista amicus sponsi, Andreas Apostolus, Marcus Euangelista, Petri Apostoli Cancellarius & Notarius, Cleophas, Syllas, Manaen, Magnus Enoch, Natanael in lege doctissimus, Agabus Propheta, Fronto Saturninus, Martialis, Ignatius, Egesippus Historiographus, & complures alij, omni scienti cogniti. Horum scripta propter temporis antiquitatem & distantiam, tum propter posterorum incuriam, aut certè propter Tyrannorum grassationem, ut plurimum non habentur. Et quis tantæ diligentiae atque laboris, quis huius intelligentiae atque splendoris, ut uniuersorum Carmelitarum Doctorum scripta, uolumina, tractatus, orationes, colationes legere aut ruminare toto uitæ suæ æuo queat? utpote, Basilij, Gregorij Nizeni, Hieronymi, Epiphaniij, Ioannis Chrysostomi, Gregorij Nazanzeni, Ioannis 44. Episcopi Hierosolymitani, Rufini, Cyrilli Alexandrini Episcopi, Eutropij, Ioannis Damasceni, Eusebij Cremonensis, Serapionis, utriusque Macharij, Hylarionis, Isaac, Piamonis, Pambonis, Theonis, Magni Cæsarij, Milechij Episcopi Anthiocenis, Euticij Prioris Carmeli, Euagrii Monachi nostri, post Episcopi Anthioceni, Amphilocij, Euboli, Heraclidis, Zozimæ, Caprasij Abbatis Carmeli, & talium plurimorum. Et quid de modernis nostræ Religionis Carmeliticæ scriptoribus, Viris eruditissimis, aut Doctoribus dicam, utpote de Bertholdo Doctore Parisiensi primo ordinis nostri Priori Generali Latino, Brocardo, Cyrillo Græco Doctore, & alijs ferè infinitis? de quibus supersedere iudicauimus. Nam Venerabilis Abbas, Historiarum armarium Tritemius, tum in Libro de Ecclesiasticis Scriptoribus, & de Scriptoribus Germaniæ plura de nostris narrauit laude digna. Insuper in tractatu suo, quem prætitulauit de laudibus Carmelitarum, lxxvij. nominatum, etiam quoad eorum scripta protunc sibi occurrentia compilauit. O celeberrimum felicemq; Patrem & Benedictinum Beatum, qui Benedictæ Virginis Fratres sic amauit, ut sui Ordinis initium, Patres & fundatores, Patronatum ipsum, ex uetusto obliuionis sepulchro in lucem aduexit. Qui torpentem sacram desiderium nostram acutissimis calcariis urget. Qui uelut Angelus sub Iunipero Heliam dormitantem excitauit. Qui sic Carmelitanos omnes ad literarum sacrarum studia, ad meliorem animorum cultum amplexandum animauit. Cui se totum Ordo noster dat, deuouet, atq; tradit. Cui Diua Virgo Carmelitica Præses, facile seruat aditum cœli. Cui Reuerèdissimus Pater Ordinis totius impartitur suffragia

Ioannes Tritemius.

suffragia & preces. Martinus uero Italus in sua oratione Rhetorica, commemorat Ordinis nostri Clarissimos uiros, scilicet Martinum Florentinum, Aluissimum de Pannormi, Iuonem Berch, Britonem, Ioannem, Alexij, Iulianum Brixientem, Vincentium Tuscum, Blasium Siculum, Franciscum Marfilientem, Guillelmum Aleonientem, Benedictum Charchinensem, Petrum Chiraldi, Andream de Apinis, Ioannem Salemitanum, Collaudans & permaximè extollens Michaellem Lombardiam. Sed quid praconij dignum, de Laurentio nostro Burello Diuinionensi dicere potero, Prouinciali Narbonico? Nam ut in suo Libro de Scripturis Ecclesiasticis, granissimus Pater Ioannes Tritemius Spanhemensis Abbas dicit, est quidem Sacrae Theologiae Doctor insignis, diuinis scripturis eruditus, secularibus literis egregie doctus, ingenio excellens, & clarus eloquio. Hic metro exercitatus & prosa, scripsit opus celeberrimum in laudem Heliæ Carmelitarum Patriarchæ, quod prænotauit Heliadem. Insuper de illustribus uiris Ordinis nostri. Verum quia huius Tripartiti fasciculi seu trimere est breuitas non sinit diutius pronunc in talibus immorari, uniuersos posteros & coexistentes meos obnixius rogo, ut cæteros nostri Ordinis uiros illustres addant huic operi. Cum his finem dicendi facio. Clamitent, garriant, insaniant detractores dicentes. Carmelitæ obscurum genus hominum, ubique terrarum abiectissimi sunt. Venia tamen ipsis (Patres) deprecanda est. Nam inuidia decepti, quæ bonorum inexorabilis semper hostis fuit, nobis detractare, non sua sponte compulsi sunt. Qui sunt qui sanctissimam Matrem Iesu, nec dum natam coluerunt? Nonne uiri Carmelitæ? Qui sunt qui Hierusalem celeberrimis Fidei Catholicae doctrinis illustrant, ac pro eadem fide denique fusi sunt? Nonne uiri Carmelitæ? Qui sunt qui superuenientem Antichristum trucidabunt? Nonne uiri Carmelitæ? Videte ergo (Patres) quam stolidè loquantur, qui semper nos lacerare conati sunt. Abiectos nos esse ferunt, non quia sumus, sed quia nos esse uehementer affectant. Quod si uelim, facile refellendum puto. Nam quod minus habet Italia, Græcia supplet. Quod desit Achinis, Cætebris copia est. Quod Cætebris abest, Anglicis abunde datur. Sed eis uelim gerere morem, atque omnia, quæ cupiunt, uno cresecum approbare. Quid tamen. Innumeras muscas, quoniam uolare didicerunt, paucis columbis antefendas opinor. Tuis ergo maledictis incontinentissime detractor pone modum, sinistram linguam tuam comprime, nec his qui praestanti simi sunt, inconsiderata uoce calumniam dicas. Pestrem dignitatem uisum. Religiosi Patres uelut arbitror, satis audistis. Linguas hominum filo connectere, uel dentes pulsare mallico non possumus. Sed nostrum est flagi-

Martirus
Italus erant
erat Ordinis
Carmelitarum
nonnulli
Clarissimos
Viros.

Contra Carmelitarum
Accusulos.

les

les æmulorum paruifacere ſententias. Quò ergo uelint, modo loquantur. Nemo nobis id tollere poteſt, quin Carmelitæ à Filijs Prophetarum Montis Carmeli antiquum genus eorum traxerūt. Non enim prout Antoninus ſecunda parte, titulo iij. Capitulo iiij. afferere videtur, ſuſpicamur ab Helia exordium habuiſſe, ſed conſtanter & probatiſſimè fatemur. Nemo igitur id nobis tollere poteſt, quin Prophetarum, quod alijs nihil eſt, deinde Martyrum, Confeſſorum, Virginum, noſtro ſit Ordini copia. Quin innumeri ſint libri, quos ad Catholicam Fidem illuſtrandam in uniuerſum terrarum Orbem Carmelitæ confeſcerint. Quin omnia nobis abunde ſint, quibus alij ſeſe clarifſimos eſſe dicunt. Ad Gloriam & Laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, ac Glorioſiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, cuius titulo Sacer Ordo noſter in Sancta Eccleſia Catholica ſpecialiter inſignitur. Amen.

Tertij, & Vltimi Libri Finis.

VENETIIS, MDLXIX.

*Ex Typographia Dominici Guerrei, & Io. Baptiſtæ
fratrum.*

